Ph.u.
157

EPISTOLÆ

ONNULLORUM GERMANIÆ PAROCHORUM

ad

ERMANOS KANTIANÆ

PHILOSOPHIÆ PROPAGATORES
ET ASSECLAS.

Seu

QUAM SIT URGENS KANTIANAM PHILOSOPHIAM PROCUL A GERMANIÆ FINIBUS EXTERMINANDI NECESSITAS.

Ultra non proficient, inſipientia enim eorum manifeſta erit omnibus. Epiſt. 2.

Venditur librariis 36 Krucigeris Rhen.

FRANKOFURTI,
1799.

Digitized by Google

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Digitized by Google

EPISTOLA DEDICATORIA

HORES HUJUSCE OPERES AD OMNIS GERMANIÆ PAROCHOS.

Reverendi et amantiſſimi Fratres!

›lumus Kantii ſyſtema refellere. Cum autem, quidquid Reli-gioni et morum integritati nocet, illud procul a veſtris ovi-arcendi cura vobis credita ſit, idcirco haſce epiſtolas vobis ſſimum dicatas offerre ſtatuimus. Noſtris modicis viribus, ve-, quæ valent amplius, vires adjungite, ut laceſſita a nobis ifera lues procul demum a patriâ, vobis faventibus atque ju-ibus, exterminetur et exulet. Reducite ad ſaniora majorum rorum principia juvenes non paucos, qui cum fallacibus Phi-phiæ iſtius novæ inſidiis decepti fuerint, nunc irridere incipi-ſaluberrimis documentis, quibus primam eorum ætatem im-tis. Nonnulli quidem Kantiani clamabunt, atque increpando ferabuntur, ſublimem illam, quam profitentur, do trinam omodo a nobis eſſe intellectam. Scilicet illi exiſtimant, vel timare videntur, ſibi ſolis fuiſſe traditas Kantianæ Philoſophiæ es, neminemque poſſe intima hujus penetralia ſubire, niſi s ipſi aperiant, et novi candidati nomen inter initiatos ſacris e myſteriis referri patiantur. At vero nihil eſt in iſtis clamo-s, quod prudenti cuilibet lectori metum incutiat. Non enim us ambiguos e Kantii ſcriptis decerptos in his epiſtolis colle-us. Sed vulgatiſſima et unicuique tyroni notiſſima hujus Phi-phi principia, tanquam fundamentum noſtræ confutationis ſo-ſtatuimus. Quapropter, ſiquis in eam error irrepſerit, illa Kantii principia minus bene intellecta, ſed ſola, quæ ex iis uximus, conſectaria ſpectet neceſſe eſt. Utrum autem hæc re-, an male deducta fuerint, plerique lectores non minus, quam itiſſimus Kantianæ ſcholæ Philoſophus dijudicare poterunt. Ad enim ſatis eſt, ut quis recto judicio præditus et naturali logi-inſtructus attentum in his evolvendis paginis animum adhibeat. in imo ſic quæſtionem attigimus, ut etiamſi mentem authoris ſecundariis quibusdam principiis non omnino fortaſſe aſſecuti mus, ſumma tamen rerum, quas potiſſimum probare volui-s, inconcuſſis et evidentiſſimis argumentis nihilominus nitere-. Abſit, ut ſtolidé ſuperbi nos Kantianis ingenio præſtare conten-nus. His enim ſolà illius cauſæ, quam dicimus, veritate atque dentiâ præcellimus. Quæ quidem adeo clara perſe patet, atque

ita

Digitized by Google

ita ſe ipſam propriis viribus tuetur, ut Kantianos et ipſum Kant in certamen vocare audeamus. Rogamus eos atque obteſtamu in arenam nobiscum deſcendant, et has epiſtolas impugnare liantur. His ſane noſtris precibus eó magis illi debent annu quod gloriam ſyſtematis ſui tam alté a nobis depreſſam ulciſc neantur. Cum enim eorum Philoſophiam inſimulaverimus, illa eſſet inauditum ſtultitiæ portentum, et fons publicæ corru nis uberrimus, nonne, ſi tacerent, ſilentium illud eſſet veluti mor altiſſimus, ſeu potius clariſſima tuba, quæ reportatam a n victoriam caneret? Nam etſi momenta, quibus ad retundendo rum errores uſi ſumus, non eſſent omnino certiſſima, tame tendum eſt, eadem eſſe adeo veriſimilia, ut magis refelli, q faſtidioſé taceri mereantur. Verum ad purganda graviſſima, objecta ſunt a nobis, crimina, non ſatis erit Kantianis, ſi levia dam hujus confutationis noſtræ membra ſolummodo percut Neceſſe eſt autem præterea, ut totum ejusdem corpus, ſi ita l fas eſt, argumentorum ſuorum jaculis contodiant, id eſt, ut cipua, quibus nitimur, principia concutiant et evellant. Ag diantur igitur hoc opus, quod expectamus et vehementiſſimé optamus Si quis ex vobis, Reverendi et amantiſſimi fratres, te exiſtimet, nos interdum adverſus Kantianos acerbiús inv fuiſſe, rogamus eum, ut ſuam hâc de re ſententiam quaſi ſul ſam et in ancipiti teneat, donec haſce noſtras epiſtolas totas legerit. Tunc ille demum judicabit, utrum acriús, an m cum eis egerimus. Væ ſcriptoribus, qui ſine ullo doloris et motûs indicio de iſtis opinionibus diſſerunt, quæ in proximu inæ periculum religionem et patriam adduxerunt! Illi neutran fecto vel diligunt, vel diligere videntur. Væ iſtis hominibus ad reſtinguendum commune incendium ſubmiſſâ voce dorm cives excitant! Nonne illos eſſe vel incendii authores, auth ve amicos et adjutores diceremus? Quanquam ſedulo cavim dicteria, quæ aliquando jaculati ſumus, magis ſyſtema, qua ſos ſyſtematis aſſeclas peterent. Horum tum Religioni et mo tum cæteris ingenii et animi dotibus ſemper et ubique peperc Imo in ternam Kantii mentem et animum, quamvis ille ſit p erroris author atque princeps, ſcrutari et dijudicare auſi no mus. Nullum ſane hoſtem alium, præter Kantii ſyſtema tempeſtate in Germaniâ novimus, qui religioni at ſocietati tam proxima portendat pericula. Favete igitur noſtris cona venerandi et Amantiſſimi fratres, et ea, quæ nos incepimus pleniús atque felicius perficite. Nihil in his epiſtolis occurre theri, Calvini, Wiclefii et Huſſii diſcipulis, quod earum, profitentur, religionum dogmata tantillúm lædere videatur.

Valete.

Epi

Epiſtola prima ad Kantianos.

Quam ſit periculoſum Kantii Syſtema.

In Nomine Patris et filii et Spiritûs ſancti Amen.

Nolite mirari, Domini Kantiani, quod in confutandis veſtris erroribus tali exordio utamur. Scilicet rem divinam magis, quam profanam et humanam aggredimur. Abſit enim in re tanti momenti, ut periculum induſtriæ facturi, et de acumine mentis vobiscum certaturi, velut inanes et garruli Sophiſtæ, in arenam hodie descendamus. Sacerdotes quippe et cives volumus Sanctiſſima tum Religionis, tum Societatis, quæ ſub impiis dogmatum veſtrorum pedibus proculcata jacent, jura defendere ac tueri.

Sic agebat olim, ſic venerabili Crucis ſignaculo præmunitus et iisdem fere verbis præfatus eſt olim Pariſiis Baccalaureus quidam Sacerdos, cui theologicum Licentiæ ſtadium decurrenti ſors argumentandi in actu publico obvenerat. Qui tali exordio, cum oculos et aures aſtantium in ſe convertiſſet, tunc ille ſingulos errores, quos in Theſibus ſuis ejusdem Licentiæ Candidatus, aliquot abhinc annos in ditionibus Regis Boruſſorum mortuus, Dominus Abbas *de Prades*, ſub ambiguis verborum involucris tectos inſcripſerat, revelare et explicare orſus eſt.

Digitized by Google

ita ſe ipſam propriis viribus tuetur, ut Kantianos et ipſum Kan in certamen vocare audeamus. Rogamus eos atque obteſtam in arenam nobiscum deſcendant, et has epiſtolas impugnare liantur. His ſane noſtris precibus eó magis illi debent anim quod gloriam ſyſtematis ſui tam alté a nobis depreſſam ulciſ neantur. Cum enim eorum Philoſophiam inſimulaverimus, illa eſſet inauditum ſtultitiæ portentum, et fons publicæ corru nis uberrimus, nonne, ſi tacerent, ſilentium illud eſſet velut mor altiſſimus, ſeu potius clariſſima tuba, quæ reportatam a victoriam caneret? Nam etſi momenta, quibus ad retundend rum errores uſi ſumus, non eſſent omnino certiſſima, tame tendum eſt, eadem eſſe adeo veriſimilia, ut magis refelli, faſtidioſé taceri mereantur. Verum ad purganda graviſſima, objecta ſunt a nobis, crimina, non ſatis erit Kantianis, ſi levia dam hujus confutationis noſtræ membra ſolummodo percu Neceſſe eſt autem præterea, ut totum ejusdem corpus, ſi ita fas eſt, argumentorum ſuorum jaculis confodiant, id eſt, ut cipua, quibus nitimur, principia concutiant et evellant. Ag diantur igitur hoc opus, quod expectamus et vehementiſſimé optamus Si quis ex vobis, Reverendi et amantiſſimi fratres, te exiſtimet, nos interdum adverſus Kantianos acerbiús inv fuiſſe, rogamus eum, ut ſuam hâc de re ſententiam quaſi ſuſ ſam et in ancipiti teneat, donec haſce noſtras epiſtolas totas legerit. Tunc ille demum judicabit, utrum acriús, an mc cum eis egerimus. Væ ſcriptoribus, qui ſine ullo doloris et a motûs indicio de iſtis opinionibus diſſerunt, quæ in proximur inæ periculum religionem et patriam adduxerunt! Illi neutram fecto vel diligunt, vel diligere videntur. Væ iſtis hominibus, ad reſtinguendum commune incendium ſubmiſſâ voce dormi cives excitant! Nonne illos eſſe vel incendii authores, authc ve amicos et adjutores diceremus? Quanquam ſedulo cavimu dicteria, quæ aliquando jaculati ſumus, magis ſyſtema, quar ſos ſyſtematis aſſeclas peterent. Horum tum Religioni et mor tum cæteris ingenii et animi dotibus ſemper et ubique peperci Imo in ternam Kantii mentem et animum, quamvis ille ſit pe erroris author atque princeps, ſcrutari et dijudicare auſi non mus. Nullum ſane hoſtem alium, præter Kantii ſyſtema, tempeſtate in Germaniâ novimus, qui religioni at ſocietati t tam proxima portendat pericula. Favete igitur noſtris conat venerandi et Amantiſſimi fratres, et ea, quæ nos incepimus, pleniús atque felicius perficite. Nihil in his epiſtolis occurret theri, Calvini, Wiclefii et Huſſii diſcipulis, quod earum, profitentur, religionum dogmata tantillúm lædere videatur.

Valete.

Epi

Epiſtola prima ad Kantianos.

Quam ſit periculoſum Kantii Syſtema.

In Nomine Patris et filii et Spiritûs ſancti Amen.

Nolite mirari, Domini Kantiani, quod in confutandis veſtris erroribus tali exordio utamur. Scilicet enim divinam magis, quam profanam et humanam aggredimur. Abſit enim in re tanti momenti, ut periculum induſtriæ facturi, et de acumine mentis vobiscum certaturi, velut inanes et garruli Sophiſtæ, in arenam hodie descendamus. Sacerdotes quippe et cives volumus Sanctiſſima tum Religionis, tum Societatis, quæ ſub impiis dogmatum veſtrorum pedibus proculcata jacent, jura defendere ac tueri.

Sic agebat olim, ſic venerabili Crucis ſignaculo præmunitus et iisdem fere verbis præfatus eſt olim Pariſiis Baccalaureus quidam Sacerdos, cui theologicum Licentiæ ſtadium decurrenti ſors argumentandi in actu publico obvenerat. Qui tali exordio, cum oculos et aures aſtantium in ſe convertiſſet, tunc ille ſingulos errores, quos in Theſibus ſuis ejusdem Licentiæ Candidatus, aliquot abhinc annos in ditionibus Regis Boruſſorum mortuus, Dominus Abbas *de Prades*, ſub ambiguis verborum involucris tectos inſcripſerat, revelare et explicare orſus eſt.

 O tem-

Digitized by Google

O tempora, o Mores! o ſcaturientem vitiorum m ſtris apud majores noſtros penitus ignotis, o ter quater miſeram, in quâ vivimus, ætatem! Vix memoratus Baccalaureus manifeſtâ in luce poſitos errores oculis aſ tium exhibuit, tunc omnia ſtrepitu in Sorbonicis ædibus n ceri, tunc clamare omnes, actum eſſe de dignitate ſa facultatis, ſi tam inauditum impietatis et audaciæ facinus ultum eſſe illa patiatur. Paucis interjectis horis, circum litante famâ, cum per totam civitatem longe lateque dif ſus ad ſupremos Parlamenti Magiſtratus et ad regias us aures rumor perveniſſet, Rex illico jubet Doctoribus, convocatis in poſterum diem comitiis, omnes in unum eant, et totius rei cauſâ mature perpenſâ, graviſſimis r quoscunque pœnis coerceant. Vultis ergo ſcire, Dom Kantiani, quid judicii fuerit pronuntiatum? auscultent ii, Kantianam docere audent Philoſophiam, et animadverta quanta tunc temporis, ſi talia in Galliis docuiſſent, cervi bus ſuis pendens procella aſtitiſſet. Decretum eſt, n modo defendentis Baccalaurei nomen ex albo licen expungendum, ſed etiam actûs publici præſidem, qui doc regens in ſorbonâ erat, ſimul et ſyndicum, qui caput princeps Theologicæ facultati præerat, muneribus ſuis perpetuum ſpoliandos eſſe, utrumque ſcilicet, quia nimi obiter prælectis Theſibus nomen ambo ſubſcripſerant.

O Tempora, o Mores! o ſcaturientem vitiorum m ſtris apud majores noſtros penitus ignotis, o ter quater miſeram, quâ vivimus, ætatem! hoc enim lamentandi nus in ſolatium doloris iterare juvat. Sic actum eſt a circiter quinquaginta annos in Galliis et in eâ ipſâ civitat ubi nunc præcipuos incendiorum ſuorum fomites impiet ſtatuiſſe videtur. Sic actum eſt. Verum enim vero qui nunc in plurimis Germaniæ ſcholis quotidie palam et impu

agi-

Digitized by Google

gitur? An hæc dicere audebimus? Quare non? in communi enim incendio, ſi quis videns tacuerit, ipſe incendii fautor ſt. Loquemur ergo maximâ fiduciâ, ſeu potiùs vociferabimur: Expergiſcimini, cives. Surgite, Germani. Jam ſopitas leges excitandi, jam Principum et Magiſtratuum noſtrorum authoritatem implorandi tempus eſt. Videmus enim cæcas et confertas hominum cohortes, qui, quamvis non ex conſulto, nec de induſtriâ, ſed reverâ tamen omnia Religionum, quotquot apud nos diverſæ obtinent; omnia civitatum noſtrarum, omnia virtutis, juſtitiæ, fidei ac proinde totius ſocietatis ſundamenta, quaſi conſpiratis manibus, penitùs eruere moliuntur.

Quare, dicet hîc aliquis, ſuſpenſas et incertas aures tamdiu retinetis? dicite ergo tandem, quodnam ſit iſtud tam novum, tamque execrandum Evangelii genus, quod nunc Germanicis in ſcholis prædicari putatis? Principia, cives, unde tum omnimoda cujuscunque Revelatæ Religionis ruina, tum Materialismus, Pyrronismus, tum Atheismus, tum omnium moralium legum extinctio certiſſime atque evidenter deducuntur. Quid deſideratis amplius? Nonne hoc ſatis eſt? Quæ ſi res ita ſit, non ſane mirandum vobis eſt, quod nos in talem doctrinam tanto zeli impetu invehamur. Jam vero nihil hâc re certius eſt. Sic dicimus, ſic contendimus. Ne unam quidam voculam ex allato crimine demere volumus.

Hæc eructata ex inferni faucibus documenta traduntur, non in denſis ſylvarum receſſibus, non in profundis ſpeluncarum latebris, non ſub obſcuris privatarum domuum tectis, non in circumvolitantibus recentiorum Philoſophorum paginis, nam hoc ultimum peſtilentiæ genus, cum per univerſum pæne orbem miſere hodie graſſetur, non ſolis Germaniæ finibus continetur. Sed quod infelici patriæ noſtræ proprium et peculiare dici poteſt, quod forſan ne quidem

dem apud obcæcatas ethnicæ antiquitatis gentes antea viſu[m]
fuerat, quod exteræ et hodiernæ nationes credere non pote
runt, quod que tamen verum eſt, hæc inaudita principia, ſ[i]
obſcuris quidem, ſed tamen permeabilibus ænigmatum qu[o]
rumdam involucris traduntur é Cathedrâ, publice et tr[i]
umphali modo, in tot regnis, tot provinciis, tot civita[ti]
bus Germaniæ, quot ſunt, ubi Kantiana Philoſophia docet[ur].

Nolite tamen exiſtimare, Domini Kantiani, nos ita vos inſanire, ut nefandis impiorum, Materialiſtarum, Sce[p]ticorum atque Atheorum gregibus vos accenſere velim[us]. Vos quidem principia admittitis, ſed conſequentias a pleri[s]que veſtrûm negari optime novimus. Scilicet priſcorum n[o]vatorum veſtigia ſecutus, cum Immanuel Kant Philoſophia[m] ſuam in publicis Germaniæ Scholis vellet intrudere, illa[m] pluribus et obſcuris, quæ ſine quodam labore diſcuti nequ[e]unt, nebulis involvere coactus eſt. Cujus larvæ mendac[is] niſi callidus ſophiſta horridam ſyſtematis ſui faciem pro[te]xiſſet, illud profecto pavorem et nauſeam plerisque v[e]ſtrûm intuliſſet, et venerandæ Germanorum genti nihil a[n]tiquius fuiſſet, quam ut citiſſime tantum impietatis et ſcele[ris] portentum ad ultimas usque terras deportaret. Ideo lati[ne] ſcribimus, ut viri docti, qui, cum ab exteris regionibus noſtras confugerint, nondum linguam germanicam didic[e]runt, intellectis ſemel peſſimæ hujus Philoſophiæ princip[iis] vires ſuas poſſint noſtris viribus addere, atque ita, junc[to] luctamine, nefandam hanc peſtem procul a finibus noſ[tris] celeriùs arcere valeamus.

Priusquam autem incipiamus allatas a nobis propo[si]tiones probare, operæ pretium eſt aliquid de periculis, q[uæ] e duobus præcipuis Kantiani ſyſtematis capitibus oriuntur paucis diſſerere.

Quam

Digitized by Google

Quam Periculoſum ſit e Lokio deſumptum fundamentale Kantiani ſyſtematis Principium.

Quærimus primum a vobis, Domini Kantiani, quare inter varias de idearum origine Philoſophorum opiniones, illam inprimis eligere et quaſi angularem totius ſyſtematis veſtri lapidem ſtatuere libuerit, quæ multo pluribus, quam quæcunque alia, ſcatet periculis, et quæ in eo ſita eſt, ut prima ſaltem cujusvis humanæ cognitionis initia e quinque ſenſibus externis, velut e fonte ſuo, dimanare credamus? Quare affirmare auſi eſtis, nihil a nobis cognoſci, niſi quod in ſpatio et tempore ſub formâ extenſionis contentum eſſe videatur? An vos latere debuit, hanc opinionem, quæ facile confutari poteſt, et quam Lokius a veteribus Peripateticis acceptam et obſoletam recoxit, eſſe armentariam officinam, unde ſæculi noſtri gigantes Materialiſtæ, Sceptici et Athei omnia, quæ in cœlum vibrare moliuntur, tela deprompſerunt? Quomodo, vos præſertim Domini Profeſſores, confidiſtis illam, velut per ſe patens et ab omnibus melioris notæ Philoſophis admiſſum axioma, veſtris alumnis ſententiam proponere, quæ, cum ſolis incredulis placuerit, omnibus, ne uno quidem excepto, chriſtianis Philoſophis ſummopere diſplicuit? Nonne perditus ille amor, quo prava impiorum cohors, et hoc capitale odium, quo venerandus omnium piorum ſimul et doctorum ſenatus præfatam opinionem proſequuntur, nonne vobis metum, nequis mortiferus anguis lateret in herbâ, incutere debuiſſent? Quomodo tot et tantorum virorum Authoritas minoris apud vos valuit, quam incredulorum quorumdam ſcriptorum, quos poſteri fortaſſe inter Litteratos numerabunt, ſed quos Philoſophia nunquam inter ſuos alumnos computare dignabitur? Nonne ſacræ Leibnizii, Klarkii, Wolfii, Carteſii, Male-

tas,

branchii totque aliorum magnorum Philoſophorum effigi[es] oculis veſtris obverſari, et animos coercere debuiſſent, qu[i] minus, nullis præviis argumentis, nulloque præhabito ex[a]mine, periculoſam hanc Lokii opinionem pro fundamen[to] totius veſtræ Philoſophiæ poſitam haberetis? Certe vos tim[i]di non eſtis, per declivitatem profundiſſimæ abyſſi intrepid[o] pede auſi incedere. Cavete tamen, ne graviori lapſu bre[vi] corruatis. Hæc eſt prima mali labes. Hoc eſt primum quod vobis crimen objicimus, ſimulque ejusdem criminis (quod quidem libentiſſime fatemur) ſin minus purgatio, certe levamen. Cum enim nullo vel leviori examine ill[ud] ſemel principium admiſeritis, tunc præcipuas Kantii opini[o]nes ex eo, velut corollaria evidentiſſima, fluere jure [et] merito judicaviſtis.

Quam periculoſa ſit Kantianorum audacia, q[ui] omnia ſimul tum exiſtentiæ Dei, tum liberta[tis] et immortalitatis animarum argumenta, uno duntaxat, quod nullius momenti eſt, excepto, rejecerunt.

Nunc autem nullatenus miramur, vos é tali princi[pio] (quod ſane dictu horrendum eſt, quodque tamen ſo[le] luce clarius ex eo ſequitur) concluſiſſe, neque exiſtenti[am] Dei, neque mundi originem, neque ſimplicitatem, libe[rta]tem et immortalitatem animarum, neque ullas omnino M[e]taphyſicæ partes naturali lumine demonſtrari poſſe; has [au]tem omnes et ſingulas veritates, in quibus imperia et to[tius] ſocietatis moles innixa recumbunt; has veritates, ſine quib[us] nemo, etiam his in terris, beatus unquam et ſecurus vive[re] poterit; has veritates, quibus demptis, hominum natura le[o]nibus, urſis et tigribus longe deterior, in omne flagitii

nus

us cæco et quaſi nativo impetu, ſe dat præcipitem; has
emum tanti momenti veritates et nunc eſſe, et in perpe-
uum fore nobis =X, id eſt, tamdiu per ſe nobis incogni-
as, quamdiu animæ noſtræ hiſce corporibus junctæ per-
nanebunt.

Quomodo tale nefas ex ore veſtro prodire potuit? Di-
ite nobis, quibus ex antris infernorum hæc dogmatum
nonſtra hauſeritis. Certe nec Voltarius, ſummus ille incre-
ulorum ætatis noſtræ Parens et Pontifex, neque Ruſſellius
ó ſceleris atque audaciæ devenerunt. Uterque enim ſupre-
ni Numinis exiſtentiam optime rationis lumine probari con-
eſſus eſt. Ergone hoſce duos hodiernæ impietatis Principes
on ſatis impios fuiſſe Kantius judicavit? Hæc proponere, hæc
rgumentis adſtruere in Scholis, hæc in publicis actibus defen-
ere audetis! Atque ex his Scholis pontifices, ſacerdotes,
nagiſtratus et Cæteri tum ſacræ, tum politicæ rei præpoſiti
ducentur! O miſerrimam romani imperii conditio-
em! Quænam nova hominum colluvies ex hoc turpi impie-
atis æno corietur!

Parcite, inquiunt, fletibus; parcite injuſtis querelis.
Quod enim manus dextera perfregit, hoc idem ſiniſtra brevi
eficiet. Scilicet, quæ lumen naturale demonſtrare nequit,
æc lex naturalis, veluti totidem certiſſimos rationalis fidei
rticulos in poſterum adſtruet. Intelligimus, Domini Kan-
iani. Verum veſtra hæc promiſſa nec fiduciam nobis fa-
eſcere, nec altum dolorem, quo veſtra dogmata cruciant
nimos et angunt, minuere, nec vos ipſos crimine ſolutos
ximere poſſunt. Nam ubi primum hæc attonitis juvenum
uribus inſonant; Quid, o Deus immortalis! Reſpondete no-
is, vos enim ipſos interrogamus, quid tunc animis revol-
unt? Recordantur ſe multoties é ſancto pulpito audiviſſe, ſe
in ſacris ipſis Bibliis ſæpe numero legiſſe, tum ſolem, lu-

nam

Digitized by Google

nam et ſtellas in cælis, tum animalia, plantas et arbores terris totidem eſſe præcones, qui clarâ et apertâ voce ſummum adeſſe mundi opificem prædicant. Exiſtimaverant ilud, quod verum eſt, omnes ad unum non ſolum veteres ita cenſuiſſe, ſed hodiernos etiam nunc populos eadem credere. Illi præterea ſibi animo finxerant, veneranda ſpiritualitatis, libertatis et immortalitatis animarum dogmata, utpote prima Religionis et ſocietatis cujuslibet fundamenta, nec ætati noſtræ, nec ſolis chriſtianis gentibus eſſe propria; ſed rum univerſo per omnes terras et ætates diffuſo hominum generi fuiſſe communia. Sic audierant, ſic opinabantur: rati ſcilicet adeo conſtantem et univerſalem conſenſum nullâ re ex aliâ, quam é puriſſimis rationis et ſenſûs intimi fontibus hauriri potuiſſe. Ergo erravimus, inquiunt, ergo omnes omnium eccleſiarum paſtores, ergo ipſimet ſacrorum librorum conditores, ergo omnes hactenùs ætates et omnium populorum conventus pariter et ſimul erraverunt! Si fieri poteſt, ut errent etiam noſtri præceptores, licet illi quidem ſint doctiſſimi, et evulſas a ſe veritates, in fæcundis moralium legum regionibus rurſum manu ſuâ plantatas multo uberiorem, quam antea, fructuum ſegetem parituras eſſe aſſeverent et polliceantur. Sunt enim plures alii, quorum doctrina non minus nobis comperta eſt, quique eo promiſſis nullomodo poſſe defungi contendunt. Ergo Deus fortaſſe nullus eſt. Ergo nomen ſine re fortaſſe pariter virtus eſt. Ergo cuncta fortaſſe in morte pereunt, animâ corpore ſimul in eodem tumulo conſepultis.

O certe lugendam cordibus ipſis ſaxeis calamitatem! Quid injuriæ, quid mali in vos potuerunt innocui adoleſcentes committere? Scilicet in rebus tam magni momenti dubia ad cupiditates, quæ vix ipſa Religio ferreis vinculis cohibere poteſt, compeſcendas valde profutura eſſe animo fingilis!

ilis! Scilicet ſummâ pietate adorabunt, ſummo timore ormidabunt illi numen, cujus exiſtentiam, in dubium ocare didicerunt? Verum, inquietis, ſunt mera dubia, t quidem poſt aliquot menſes, quando totius diciplinæ tractus abſolvetur, facile fuganda. Ignoratis igitur Atheos eſſe ſceleratiſſimos hominum et ad omne flagitium paratiſſimos, nec tamen unquam omnino convictos? Poteſtis vaticinante animo prævidere, quot pretioſiſſima bonorum morum ſemina non corrumpi, quot eximiarum virtutum radices ex animis non evelli interdum poterunt, donec opportunum ſopiendi dubia tempus advenerit? Quis autem prædocuit, fore, ut illud tempus unquam adveniat? Suntne vates, ſuntne Dii Kantiani Profeſſores? Num illis, quæcunque voluerint, alumnis ſuadendi poteſtas competit? Neſcitis, quam longe diverſa ſint mortalium ingenia, nec omnes iisdem, licet evidentiſſimis, argumentis convinci? Quid ergo, ſi ſolitaria veſtra probatio, quam in gratiam tum ſupremi Numinis exiſtentiæ, tum libertatis et immortalitatis animarum intactam atque incolumen ſervari voluiſtis, quid futurum eſt, ſi illa uni aut alteri vel pluribus diſcipulorum veſtrorum non placeat? Ergo illi ſine Deo, ſine ullâ qualibet Religione erunt! Parcimus ſane vobis. Vix a lacrymis temperare, vix iram et indignationem cohibere licet. Quicunque informat Atheum, ille eſt totius humani generis hoſtis acerrimus, quoniam, præter ſupremi numinis exiſtentiæ dogma, nullum aliud fundamentum ſupereſt ſocietati, quam, ubi primum ſeſe opportuna dabit occaſio, par omnibus audendis Atheus concutere et penitûs deſtruere poteſt. Quod ſi imprudenter a vobis admiſſi ſyſtematis nondum pœniteat, ſaltem pudeat vos, Domini Kantiani. Nos omni ope atque operâ enitimur, ut impietatis pericula procul a veſtris alumnis, quamvis eorum plerique longe a nobis diſſiti atque ignoti ſint, ſcriptus

amo-

amovere valeamus. Vos autem concives, vos Magiſ et duces eorum, vos, neſcimus quâ novitatis prurigine a repti non dubitatis, nec reveremini eos usque ad extrema illius abyſſi crepidinem deducere, ubi plures æternam fide ſimulque cum eâ virtutis, juſtitiæ, caſtitatis morum, inte gritatis virium et omnis vitæ ſolatii jacturam procul dubi patientur.

Kantiano ſyſtemate quæcunque Revelata Religio funditus eruitur.

Ex horrore, quem prima duntaxat Kantiani ſyſtemati atria conſpicientibus natura incutit, jam conjicere fa eſt, quot ſcelerum monſtra intimis penetralibus habitent. Nullius rei, ſaltem externæ, cauſa, inquiunt Kantiani, certo cognoſcitur. Nihil enim videre poſſumus, nihil cognoſcere, præter ea, quæ ex inchoatæ ſaltem ſenſibilis experientiæ fon tibus hauſerimus. Quæ quidem experientia, etſi diverſo rum rerum ſimultaneam et ſucceſſivam exiſtentiam demon ſtrare poſſit, nullo tamen modo mutuam illam et intimam connexionem, quâ effectus et cauſa inter ſe colligan tur, mentis noſtræ oculis unquam exhibebit. Illa quidem teſtatur ſic factum fuiſſe, nullatenus ſic fieri debuiſſe. Illa denique facta enuntiat, ſed de eorum neceſſitate prorſus et omnino ſilet. Vibrante ſole radios, lapidem incaleſcere, atque, ſumpto pane, nos ſatiari ac nutriri ſentimus. Ve rum an ſolis æſtus cauſa ſit, cur lapis incaleſcat, et mandu catio panis, cur Corpora noſtra nutriantur, hoc nunquam nobis certo compertum eſſe poteſt. Unum quidem poſt aliud ſecutum fuiſſe ſemper nobis viſum eſt, non ideo ta men neceſſario concludendum nobis eſt, idem antea ſem per eveniſſe, et poſtea pariter ſemper eſſe eventurum. Nam ſimilium factorum pluralitas non ſane eadem eſt, ac eorum uni-

Digitized by Google

niverſalitas. Viventibus nobis adhuc mille annos experientia prorſús contraria forte occurreret.

Quid cenſendum nobis eſt de vi ac robore hujus argumen? illud profectò evidens eſt, nec unquam refelletur ab iis, ui omnium et ſingulorum cognitionum ſaltem initia ab ex:rnis ſenſibus dimanare, nihilque nobis, niſi quod in ſpao contineri videtur, innoteſcere poſſe exiſtimant. Ex hoc eleberrimo apud Kantianos Principio eruitur, nos prorſus eſcire, an Deus cauſa ſit et artifex tum perceptionum et ariarum, quas experimur, ſenſationum, tum præclari orinis, quem deprehendere, extenſionis, quam palpare, ιotûs, quem in mundo ſenſibili videre videmur; ita ut ilid principium ſit Kantianis inſtar muri circum et undequaue muniti, quo ad pleraque, ne dicamus ad omnia ſuremi Numinis exiſtentiæ argumenta via et aditus omnis præluditur. Ne miremur igitur, quod ex eodem omnia va:ante principio clades et ruina cujuslibet revelatæ Religiois pariter ſequantur.

Clamatis, Domini Kantiani, ſeu potius vociferamini uaſi per vias et compita, vos ab inimicis calumniam pati nmeritos, quando illi chriſtianæ Religionis fundamenta eſtris opinionibus prorſus evelli contendunt. Si debeamus ropriis veſtris ſermonibus fidem adhibere, vos cæteris morilibus doctrinâ præcellere fatendum nobis eſt. Ergo vos pſos interrogare libet et quærere, an Deus cauſa ſit et auhor chriſtianæ Religionis. Quid reſpondetis? Neceſſe eſt, ii fallimur, ut unusquisque veſtrûm, qui tum ſuis princiiis, tum ſibi conſtare vult, reſpondeat: Neſcio, quia nulius rei externæ cauſa certo nobis innoteſcit. Hoc argumenum breve eſt, nec ullis ambagibus involutum. Rogamus itque obteſtamur, ut illud ſolvere velitis.

Om-

Omnes Theologi, ſeu potius omnes, demptis fo[illegible] pauciſſimis Enthuſiaſtis, omnes, quotquot in orbe terra usque ad hodiernam diem fuere Chriſtiani, nullo alio m[illegible] quam Prophetiis atque Miraculis, tum moſaici, tum [illegible] ſtiani cultûs veritatem demonſtrari poſſe crediderunt. rum quis cauſa, quis author Prophetiarum et Miraculor fuit? An Deus? Chriſtianus et Judæus reſpondere poſſ[illegible] Quid autem Kantianus? nihil. Imo ille neſcit, an Moyſe Chriſtus unquam extiterint. Unde enim utriusque exiſt[illegible] tiam reſcire potuiſſet? Nempe ex unanimi plurimarum g[illegible] tium teſtimonio, quæ illam perpetuâ tum oralis, tum S[illegible] ptæ traditionis ſerie a majoribus ſuis acceptam ad nos us[illegible] tranſtulerunt. Verum an alii homines, non ſolum an[illegible] fuerint, ſed etiam nunc exiſtant in terris, ille penitus [illegible] norat. Nihil enim novit, præter imagines animæ ſuæ int[illegible] ſecas. Quidquid externum eſt, illud eum latet. Mund[illegible] ſenſibilis non extra Kantianos poſitus eſt, ſed in [illegible] totus continetur, atque ultra eum nihil videri, nihil om[illegible] no cognoſci poteſt. Ergo niſi Chriſtus et Moyſes in [illegible] rum animis habitent, neutrius exiſtentiam cognoſcere et p[illegible] bare poſſunt. Ergo, poſito eorum ſyſtemate, Religio ch[illegible] ſtiana, ſaltem reſpectu noſtri, nulla eſt, quia hujus veri[illegible] nullo modo demonſtrari poteſt.

Quis ſperare potuit, non eam vim ingenii fore P[illegible] loſophiæ Candidatis, ut é prolatis principiis talia adver[illegible] noſtram Sanctiſſimam Religionem concluderent? Scili[illegible] hæc altiora ſunt et longius ab adoleſcentium oculis diſſi[illegible] quæ ſe, quaſi ſponte ſuâ, decennali puero obviam proferu[illegible]

Quo tempore, quibus in rerum anguſtiis hanc ina[illegible] ditam docendi audaciam uſurpare properant Kantiani Quando videlicet impietas lethifera dogmatum ſuorum ve nena per univerſum terrarum orbem diſſeminare ſatagit

quando

ando tot Chriſtiani, quibus ingenii non ſatis eſt, ut tum n ineluctabilem momentorum, quibus noſtra religio itur, tum debilitatem objectionum, quibus eam increduli petere audent, intelligere valeant, glomeratim atque proſcue altaria Chriſti deſerunt.

Quid emolumenti ex hâc præceptorum novitate in mpublicam redundabit? licetne Germanos ignorare, anti referat poſitos a majoribus lapides intactos relinere? An obliti ſumus, quam ingens et immane ſanguiś diluvium procreata ante trecentos et ducentos annos regioſis diſcordiis bella noſtris in regionibus profuderint?

Verum hoc ſatis eſt. Quo magis enim Kantiani ſyſteatis pericula creſcunt, eo minus in eos, qui illud docuentis, ſcriptis, favore vel quovis alio patrocinii genere omovere ſtudent, acriter invehi volumus, ne forte dolor oſter, licet ille profecto juſtiſſimus, acerbitatem vel iraundiam redoleat, nosque magis perſonas bonâ fide ſuſceis erroribus obnoxias, quam ipſos errores perſequi vieamur.

Quid tantopere doletis, inquiunt Kantiani? eſto, imoſſibile ſit chriſtianæ Religionis veritatem Prophetiis atque liraculis demonſtrare. Quid inde, modo Chriſtiana mom diſciplina noctem diſcutiat? O beata! o vere divina omnium mortalium admiratione digniſſima morum diiplina, quæ par eſt omnibus ſanandis vulneribus, quæ non nodo Dei exiſtentiæ, ſed etiam Chriſtiani cultûs veritati Kantianæ manus impegerunt! Silete de hoc argumento, Domini Kantiani. Si enim leges, quas dirigendis Chriſtianoum moribus Salvator edidit, ita ſunt ſupra naturam poſiæ, ut ſola mentis acie dignoſci nequeant, tunc rebus inognitis judicandis impar humana ratio illas ne laudibus quiem ſuis extollere et proſequi poteſt, nedum easdem ad

Deum

Digitized by Google

Deum authorem referre debeat. Si vero, ratione ſo
ce et auſpice, ad eas pervenire datur, quare cœlo e
a Chriſto fuiſſe exiſtimabimus? Quare ad Dei natur
honores ideo ipſum evehere conabimur, quod Leges
ſitiſſimas mundo manifeſtas effecerit? Nonne vel propr
genii viribus, vel priuatis cum doctiſſimo gentis ſuæ l
ſophi colloquiis illas cognitas habere potuit? Numquid K
Deus eſt, vel a Deo extra conſuetum providentiæ ord
miſſus fuit, quia ille, ut ajunt Kantiani, non minus
et perfecte, quam ipſemet Chriſtus de morali lege
ruit? Nunquid, neglectis Salvatoris altaribus, longa
iſtum Philoſophum ideo thure et precibus colere debe
quod ille firmiſſimis et vere, ut ajunt, philoſophicis a
mentis munivit Ethicam, quam ſolis parabolis et ad pl
culæ Captum accommodatis exemplis Chriſtianorum inſ
tor in lucem protulit? denique, ut uno verbo comple
mur omnia, non licet Kantiano Philoſopho affirmare C
ſtianam Ethicam e cœlo deſcendiſſe, ſiquidem ille co
dit, nullius rei cauſam poſſe a nobis cognoſci; nec, q
præclarus mundi ſenſibilis ordo ad exiſtentiam ſupremi
dinatoris eruendam inducere non potuit, ille profecto
divinam chriſtianæ vel moſaicæ Religionis originem cred
dam Prophetiis atque Miraculis unquam inducetur. E
Kantiana principia omnes Religionis cujuscunque revel
probationes in æternæ noctis voraginem trudunt et dant p
cipites.

Licetne ex iisdem principiis inferre, jam ab omni
Kantianis ejuratam eſſe, quam a majoribus ſuis traditam
dem acceperunt? Minime gentium. Apage calumnias, n
noſtra eſt hæc argumentandi methodus. Vix enim unum i
ter apoſtátas proborum virorum exiſtimatione atque *fiduci*
dignum invenias. Quamvis ille Philoſophorum *pallio* in
volutus ſuperbe incedat, eoque turpitudinem morum a
ſcon-

onditam celare ſtudeat, non ideo minus plerumque vita
rpis eſt. Ille incredulorum virtutes fruſtra canit. Unus-
iisque enim canenti tacitus reſpondet: tu mihi eras ignotus,
inc autem optime te novi. Abſit ergo, ut tanti ſceleris
antianos omnes reos eſſe judicemus. Nos contra a pleris-
ie hactenus ſervatam fuiſſe fidem illibatam libentiſſime
pinamur. Atvero hanc fidem cum eorum principiis pug-
are dicimus. Illi quidem credunt, quia volunt credere.
ed nulla eis amplius credibilitatis motiva ſuperſunt. Illi
edunt. Nos autem dicimus, fore, ut nollemus, credere,
ſyſtema Kantii certiſſimum nobis eſſe videretur, quia
inc ipſe Deus nobis credere vetaret. Ille enim nobis ra-
onem ideo donavit, ut eam ſequamur. Primum autem ra-
onis præceptum in eo ſitum eſt, ut rem nullam, more
iſanorum, velut certam amplectamur, niſi illa momentis
ræviis et ſufficientibus niti videatur.

Kantianum Syſtema Materialiſmi Syſtema eſt.

Ergo non ſatis erat Kantio omnia chriſtianæ Religionis
fundamenta diruiſſe! Quo magis ſophiſtæ hujus princi-
ia evolvimus, eo majora nobis obverſantur pericula. Quæ-
am iſta nova eſt alterius monſtri fæditas, quæ ſe nunc ocu-
s objicit? Materialiſmum agnoſcimus. Quod quidem hor-
endi ſceleris crimen pæne confitentur Kantiani. Illi enim
alam et publice docent, ſimplicitatem animarum nullo
rgumento demonſtrari poſſe. Quin imo nullos illi
onatus exerunt, ut easdem, ſaltem ope moralis diſciplinæ,
cuti in aliis quæſtionibus aſſolent, in priſtina ſpiritualitatis
iæ jura reſtituant. Ergo noſtris Philoſophiæ Candidatis
mper atque perpetuo dubitandum erit, an vel leviſſimum
inter

Digitized by Google

inter ſuas animas atque materiam diſcrimen intercedat jure hanc inauditam noſtris patribus doctrinam in p Germaniæ Scholis nunc prædicare licitum eſt?

At vero hæc jam non ſunt dubia. Si fides adhibe Kantianorum principiis, lis non pendet amplius ſub j In quorum ſyſtemate, naturam et modificationes anim compoſitas, extenſas, iisdem præciſe elementis, quibu corpora, confectas eſſe luce clarius eſt. Nam primo eſt et ſtat inconcuſſum apud eos, nihil cognoſci *poſſe*, illud in Spatio et tempore contentum eſſe videatur. In tio autem, juxta eos, tres dimenſiones, quæ ſingulis co ribus ſuppetunt, nempe longitudo, latitudo et *profun* occurrunt. Sed tempori unica duntaxat dimenſio, ſci longitudo, competit. Illud eſt pariter multiplex, variis tibus extra ſe poſitis conſtans, extenſum, per inde ac *ſpati* a quo præcipue ex eo diſcrepat, quod ſemper rectâ viâ fluens perpetuo quaſi motu agitetur. In utroque igitur n eſt, niſi mera extenſio, et proinde niſi materia. Ve quærimus a vobis, quid ſimplicis, quid inextenſi, quid omni materiâ ſegregati in ipſius extenſionis et materiæ deprehendi, cognoſci et videri poſſit. Nihil omnino. E primum nihil præter materiam novimus.

Deinde, juxta vos, quidquid in tempore et ſpat id eſt, in materiâ, contineri non videtur, illud relative nos eſt $=$X. Attamen nec anima noſtra, nec ejus mod cationes ſunt relative ad hos $=$X. Novimus enim et *o* me ſcimus, nos cogitare, nos velle, nos gaudia et mœ res ſæpe experiri. Si omnia. quæ in ſpatio et tempore co tineri non videntur, ſint $=$X. Id eſt, in quolibet *ſenſu n* bis incognita, ergo cogitationes, judicia, voluntates, m rores, quorum unusquisque noſtrûm ſibi conſcius eſt, *au* libi, quam in ſpatii et temporis regionibus, deprehendere ſecernere et dignoſcere poſſumus. Sed prius eſt in ſpat et

t tempore contineri, quam in his contentum videri, quia, ıxta axioma, prius eſt eſſe, quam videri. Ergo præfa- æ animarum noſtrarum modificationes reverâ in ſpatio et empore continentur. Ergo illæ ſunt extenſæ, ergo mate- ·iales, ſicut ipſum tempus et ſpatium.

Nihil, juxta Kantianos, cognoſci poteſt, niſi cognitio- ıis objectum repræſentetur animæ, et niſi anima cognoſcens ſibi ipſi repræſentetur. Nulla datur clara rei cognitæ conſci- entia, niſi hæc duo ſimul concurrant. Porro apud eosdem ſolemne eſt, nihil poſſe repræſentari, niſi illud ſub formâ extenſionis adumbratum eſſe videatur. Ergo impoſſibile eſt, ut anima ſibi ſub aliâ formâ repræſentetur. Sed nullo modo fieri poteſt, ut res inextenſa per eam, quæ extenſa eſt, repræſentetur. E duobus enim contradictoriis unum al- terius imago eſſe nequit. Ergo, niſi Kantianis, quaſi jure ſuo, eſſentiales et conſtitutivas rerum proprietates, quas unaquæque a naturâ ſortita eſt, in alias convertendi poteſtas ſuppetat, nunquam illi poterunt, etiamſi vellent, opitulan- tibus Ethicæ remediis, ad ſimplicitatem humanas animas revocare.

Quid eſt Receptivitas, Domini Kantiani? Receptivitas eſt paſſiva quædam animarum noſtrarum facultas, unde et ubi Spontaneitas omnes et ſingulas imagines, quæ mentibus innoteſcunt, condit et perficit. Quænam autem et qualis forma eſt hujus eximiæ animarum noſtrarum facultatis? For- ma Receptivitatis eſt purum, multiplex, poſitis extra ſe partibus conſtans et tribus dimenſionibus, quibus omnia corpora donantur, præditum Spatium. At vero cujuscunque rei forma, ni fallimur, eſt ipſa res tali vel tali modo con- ſtituta. V.G. rotunditas, quæ circuli formam conſtituit, eſt ipſemet circulus rotundus. Ergo Receptivitas, quæ unam e præcipuis animæ facultatibus, juxta vos, conſtituit,

Digitized by Google

eſt vere et proprie extenſa, poſitis extra ſe partibus c
ſtans, longitudine, latitudine et profunditate donata. E
animæ ſunt materiales. Dicetisne hoc Spatium non eſſe rea
Ergo illud nihil eſt, nec proinde formam Receptivitatis c
ſtituere poteſt, quia nihili nulla eſt proprietas, atque id
integrum Kantii ſyſtema funditús corruit. Ergo tandem
extenſas reverâ eſſe animas, vel nullo prorſús Philoſophia
veſtram fundamento niti fatendum vobis eſt. Quidquid a
tem dixeritis, non ideo minus extenſio realis animarum
veſtro ſyſtemate probatur. Nonne admittitis aliud extenſic
genus, quæ venit ab extra, Receptivitatem afficit, et qu
non modo realis eſt, ſed etiam, quidquid reale eſt in imag
nibus, ſola conſtituit? Sic eſt. Ergo imagines, quæ ex hâ
verâ et proprie dictâ materiâ omnem ſuam realitatem exhau
riunt, ſunt ipſæ reverâ materiales. Verum imagines in Re
ceptivitate continentur. Ergo hæc materia Receptivitatem
non ſolum afficit, ſed etiam ſubit, penetrat, in eam vere
ingreditur, atque ibi ſimul cum imaginibus, quibus annex
eſt, habitat. Quomodo autem fieri poteſt, ut res ine
tenſa extrinſecam et realem extenſionem in ſe recipiat atque
contineat? Ergo etiam ex hâc parte evidenter patet, mate-
riâ vere et proprie dictâ Receptivitatem animæ compingi.

Nunc quærimus a vobis, quæ forma ſit Spontaneitatis illius, quæ altera eſt præcipua animarum noſtrarum facultas, cuique a naturâ datum eſt, ut omnes et ſingulas noſtras imagines perficiat? Forma Spontaneitatis eſt tempus purum, multiplex, poſitis extra ſe partibus conſtans, extenſum, ſed unâ tantummodo dimenſione, nempe longitudine, donatum. At vero vel hoc tempus nihil aliud eſt, quam nomen ſine re, vel eſt vere et realiter extenſum. Si primum, nulla vobis eſt Spontaneitas, atque ita de Kantiano ſyſtemate penitus actum eſt. Si ſecundum, per ſe patet animarum materia, quarum formas, et proinde naturam, extenſio

vera

Digitized by Google

vera et realis conſtituit. Progrediamur adhuc ulterius. Quænam ſunt formæ facultatum judicandi et ratiocinandi? Utriusque facultatis formæ ſunt duodecim Ariſtotelis categoriæ. Sed quænam eſt harumce categoriarum natura? Illæ nihil a tempore puro diſcrepant. Optime. Purum autem tempus extenſum eſt. Utraque igitur facultas pariter extenſa eſt. Verum judicia et ratiocinia nihil ſunt aliud, quam modificationes facultatum judicandi et ratiocinandi. Cujuscunque autem rei modificatio eſt ipſa res ſic vel ſic modificata. Hinc ſequitur, judicia et ratiocinia, quæcunque nobis ſunt, haud ſecus eſſe extenſa, ac facultates, unde oriuntur.

Quid nunc dicturi ſumus de natura imaginum, ſine quibus nihil omnino cognoſci poteſt? An illæ etiam ſunt extenſæ? Quod quidem nullus Kantianus inficiari poteſt, non ſolum propter rationes jam ſupra allatas, et quia illæ imagines non aliter nobis, quam ſub extenſionis et ſpatii formâ, innoteſcere poſſunt, ſed quia formæ animarum noſtrarum, nempe ſpatium et tempus, earundem attributa conſtituunt. Cum autem nulla res ab attributis, quibus conſtituitur, ſecerni poſſit, hinc patet, omnes et ſingulas imagines eſſe ipſum tempus et ſpatium, et proinde, velut utrumque, extenſas. Ergo, juxta Kantii ſyſtema, nihil eſt in animabus noſtris, niſi extenſio. Ergo manifeſtâ in luce ponitur Kantianorum Materialiſmus.

Noſtra argumenta, Domini Kantiani, non ita denſis tenebris atque ambagibus, ut veſtra, involvuntur. Illa evidenter et quaſi ſponte ſuâ é veſtris principiis diffluunt. Quomodo omnipotentiſſima morum diſciplina ſimplicitatem animæ ex hoc undique conferto materiæ cœno educere poterit? Quod quidem miraculum ita hujus vires ſuperare vobis viſum eſt, ut ne quidem rem hactenùs tentare auſi fueritis. Si e collectis in unum monadibus conſtaret extenſio,

Digitized by Google

tunc certe una pars ab aliis ſejuncta ſimplicitatis jura vindicare poſſet. Verum non ita res ſe habet apud v Omnis enim, juxta Kantium, extenſio diviſibilis eſt in infi tum, et ex naturâ ſuâ neceſſario extenſa permanet. Q nam ergo arte immutabiles rerum eſſentiæ mutari poteru Ubi igitur ſimplicitas? Ubi etiam libertas, quæ procul om dubio in rebus extenſis nulla eſt, nec ineſſe poteſt? U proinde ſunt morum diſciplinæ leges, quæ in res neceſſit tis imperio obnoxias nullam vim exerunt? Ubi conſequen ter immortalitas animorum, quæ, fatentibus Kantianis, ſine morali lege, nunquam obtinebit? Ergo, pereunte corp re, ſimul peribimus!

Eia agite, juvenes, facibus et armis manus inſtruite conflagrate, miſcete omnia, dummodo id fortunis veſtri conduxerit. Quidni ſatagitis, ut per fas et nefas ingent vobis pecuniarum acervi colligantur? Deum timetis? Cre dite, quæ vos docemini, principiis. Si illa vera ſint, De inermis eſt, & procul a ſe fulmina neglecta poſuit. I nulla malis ſupplicia; ille nulla bonis præmia poſt mortem dividit. Certe et procul omni dubio ille iſte Deus, ſi fort exiſtat, nihil timoris virilibus animis poteſt incutere. Quid ergo metuitis? Homines? Eſto, non ita conſtat et vige animus, ut carceris, patibuli et aliorum id genus tormen torum conſpectus vos infractos et impavidos eſſe patiatur Sed quare avaritiæ, ſtupris, adulteriis et omni generi libi dinum, quas fert animus et ætas, indulgere dubitatis?

Verum quid agimus? Non dicendi, ſed flendi tempus eſt. O Germania, o venerandum antiquæ probitatis et ju ſtitiæ, per tot ſæcula, ſacrarium, quomodo factum eſt, ut tantâ audaciâ ſe jactantis et caput in altum proferentis Ma terialiſmi, ideſt, omnium, quæ parturiit impietas, teterrimi monſtri, in habitaculum ſubito converſa fueris? Hujus no-

va

Digitized by Google

væ et ſanguineis lacrymis deflendæ rerum converſionis quis author, quis in cauſâ fuit?

Vos hîc alloquimur, Domini Kantiani, vos præcipue, qui principia, unde hæc fœditas dimanat, publice docetis. Quid cenſetis? Nos parochi ſumus. An penes nos eſſet ſacris é Pulpitis, præſente populo, prædicare Materialismum? Nonne os nobis eccleſiaſtica et ſæcularis poteſtas brevi occluderet? Quod ſi utraque ſileret, nonne ſilentium nobis populus ipſe imponeret? Nonne ille nos, pro Religionis et virtutis monitoribus, peſſimos fidei chriſtianæ bonorumque morum corruptores haberet, et lapidibus fortaſſe obrueret? Quid ergo? An, quod chriſtianis concionatoribus nefas eſt, illud chriſtianis magiſtris licitum eſt? Quod maximum ſcelus eſſet in Eccleſiis, an illud idem bona aut ſaltem res innoxia in Scholis eſt? An majus eſt flagitium plebeculam et mulierculas, quám florem juventutis, quám futuros Eccleſiarum noſtrarum Rectores et Reipublicæ Adminiſtratores transverſos agere? Appellate gentem, quæ talem docendi audaciam magiſtris unquam permiſerit.

Cujus ergo vobis, Deus immortalis! cujus excuſationis patrocinia juſtis Patriæ querelis opponere licebit? Dicetis ne confectas materiâ animas poſſe per infinita æternitatis tempora a Deo ſervari incolumes? Quis hâc de re dubitat? Certe, volente Deo, illæ ſervabuntur. Verum, poſitis veſtris principiis, quis inter veſtros diſcipulos inveniri poterit, qui hanc ineſſe Deo voluntatem animo ſibi fingat? Ille quidem animas ex natura ſuâ eſſe immortales tamdiu credidit, quamdiu eas eſſe ſimplices ſibi perſuaſum habuit, quia, juxta omnes Philoſophos, ne unam quidem hujus mundi atomum ad nihilum, unde educta eſt, Deus reverti patitur. Illa enim, quam mortem vocamus, nihil aliud eſt, quam diſſolutio quædam generalibus naturæ legibus conſona, vi cujus variæ partes,

tes,

Digitized by Google

tes, quibus conſtant hominum et animalium organa, á ſe invicem ſejunctæ dividuntur, quamvis pars unaquæque, ſigillatim ſumpta, ſemper in orbe ſub aliarum formarum di lineamentis permaneat. Quidquid autem omnimodâ ſimplicitate gaudet, illud eſt ex naturâ ſuâ cujuslibet diviſioni impatiens, nec illud Deus ad nihilum revocare poteſt, ſine ſingulari omnipotentiæ ſuæ miraculo, quod omnibus cæteris quas novimus, naturæ legibus, aperte repugnat. Quapropter, in gratiam animæ ſuæ immortalitatis, tot erant antea diſcipulo probabilitatis gradus, quot ſunt in hoc mundo atomi, ideſt, probabilitas quaſi infinita et geometricæ demonſtrationi fere æquivalens. Verum ubi primum documenta veſtra ebibit, quæ nova rerum facies oculis ejus ſubito affulſit! Omnem quamlibet materiam, et proinde illam, quâ compinguntur animæ, diviſioni in infinitum eſſe idoneam hic adoleſcens á vobis didicit. Ad hoc quotidiana illum experientia docuit, nihil eſſe fixum, nihil in orbe terrarum, ſive ille orbis ſit ſenſibilis, ſive non, quieſcere; omnia hominum et animalium corpora perenni motu agitari, alia commutari in alia, omnia corrumpi, donec novas aliorum corporum, quæ poſtea etiam brevi corrumpentur, figuras induant; nullas in eorum organis demum eſſe partes, quæ non in minutiſſimas portiunculas demum reſolvantur. Ille in plantis et arboribus, in ſaxis ipſis et metallis easdem á Deo poſitas diviſionis et converſionis leges deprehendit. Hæc ille videt oculis, hæc manibus palpat. Tot ſunt ergo illi probabilitatis gradus, fore, ut ſua ex elementis materiæ compacta anima brevi intereat, quot in mundo reperiuntur atomi, id eſt, probabilitas infinita. Quid luctaminis adverſùs hæc tam multa tamque manifeſta ſenſuûm teſtimonia, quid virium putatis fore veſtris argumentis? Quid crediturus eſt *iſte* miſer et ferventiſſimo cupiditatum æſtu, pro ætate ſuâ, inflammatus adoleſcens? Quid vobis videtur? Utrum ea, quæ

audit

Digitized by Google

audit ex magiſtris? An ea, quæ videt et palpat? Utrum ea, quæ ſine miraculo fieri nequeunt? An ea, quæ omnibus cognitis naturæ legibus optime concordant? Nihil dicimus de impoſſibilitate ſuadendi huic diſcipulo, materiam eſſe libertatis obtinendæ, legis naturalis ſervandæ, et proinde tum beatæ, tum infelicis immortalitatis aſſequendæ capacem. Ergo patet, vos aperuiſſe viam ad omne flagitii genus. Dicetisne hæc tamen eſſe vera? Ah! ſi omnium vitiorum agmina ſecum trahat et importet ſcientiarum notitia, rogamus vos atque obteſtamur, ut priſtinæ ignorantiæ noſtræ beneficia nobis quam primum reſtituere velitis. Germanis enim ſatius eſt probos eſſe, quam doctos ſimul et perverſos fieri. Quiescamus pauliſper. Calamus præ dolore manibus excidit. (a) (b).

Kantianum ſyſtema omnimodi ſcepticismi ſyſtema eſt.

Quæ hucusque in medium protulimus, hæc ſunt profecto ſatis et abunde, ut ad eliminandam procul a ſcholis

(a) Ex his, quæ ſupra diximus, evidenter patet, animas, juxta Kantii principia, veré eſſe extenſas. Nonnulli tamen exiſtimant, nihil inde contra earum ſimplicitatem eſſe inſerendum, quia hæc extenſio, ut ajunt, eſt ſpiritualis et ſimplex. Scire autem vellemus, quid ſit extenſio ſpiritualis, quid extenſio ſimplex. Omne enim extenſum eſt multiplex, compoſitum et partibus extra ſe poſitis conſtans. Omne autem ſimplex eſt unum, incompoſitum, nullisque partibus a ſe invicem diſtinctis conſtans. Porro multiplicitas et unitas, compoſitio et incompoſitio ſibi contradicunt, nec proinde in eodem ſubjecto poſſunt ſimul exiſtere. Ergo hæc verborum monſtra nihil ſignificant, nec ab objecto materialiſmi crimine purgant Kantii doctrinam.

(b) Alii dicunt, poſitam in animis a Kantio extenſionem nihil aliud eſſe, quam repræſentativam et iisdem inhærentem extenſionis imaginem, nullam autem veré et proprié dictam extenſionem. At veró hæc ſunt verba et voces, præterea que nihil. Hæc enim repræſentativa, quæ ſedet in animis, extenſionis imago, vel aliquid, vel nihil eſt. Si ea nihil ſit, ergo nulla eſt in animis repræſentativa extenſionis imago, et proinde jam periit totum Kantii ſyſtema. Si autem dixeris, eamdem extenſionis repræſentativam imaginem eſſe rem veram et proprié dictam. Ergo vera et proprié dicta extenſio ſedet in animis, quia impoſſibile eſt, ut re inextenſâ extenſio adumbretur, et repræſentetur. Dicendum eſt igitur, vel nullum eſſe Kantianorum ſyſtema, vel materialiſmum evidenter et in omni ſenſu ex eorum principiis fluere.

Digitized by Google

lis Kantianam Philoſophiam omnes Germaniæ Principes atq Magiſtratus impellantur. At vero quæ mox ſumus dictu ea multo et longe pejora ſunt. Leviſſimas enim hacten et quaſi innocuas pravi hujus ſyſtematis partes attigimu Nunc vult Kantius, non ſolum chriſtianæ Religionis, ſin plicitatis, libertatis et immortalitatis animarum, ſed etia cujuscunque rei certitudinem communi naufragio ſubme ſam undis abſumere. Hic præcipuus eſt hujus Philoſopl ſcopus atque finis. Hinc tot contradictiones, quas in eju ſyſtemate reperias, oriuntur.

(I. Demonſtratio.) Ubi ſunt prima veſtra principia, Domi Kantiani? Nulla enim, niſi e fontibus primorum Principiorum, certitudo dimanare poteſt. Rem in medium protuliſſe non ſatis eſt, ut ea, quæ dicuntur a nobis, fidem ſib pariant. Præterea tenemur, rem enuntiatam certis argumentis adſtruere. Quibus argumentis ſi nondum ea vis eſt, ſibi fiduciam integram comparare poſſint, tunc neceſſe é ut alia rurſus a nobis proferantur, quæ plus virium et evidentiæ in ſe contineant, donec perveniamus ad ſupremum et ultimum quoddam principium, quod proprio fulgore niteat, nullam conditionem patiatur, nullasque omnino tenebras poſt terga relinquat, id eſt, ad principium, quod ita ſit abſolutum atque independens, ut cæteris omnibus ſubordinatis axiomatibus præcellat, nulliusque ſuperioris et remotioris principii auxilio indigeat. Nulla alia profecto via eſt, quâ ad certam rerum notitiam humana mens pervenire valeat. At veró talia vobis nulla ſint principia. Quod quidem multiplici argumento demonſtrare licet.

Nihil omnino cognoſcere poſſumus, præter ea, quæ certis quibusdam imaginibus adumbrata et repræſentata ſe nobis ſub formâ ſpatii et temporis conſpicienda exhibent. *Hoc* unum eſt e primariis dogmatibus, quæ Kantianus quisque profitetur. Ergo primún quærimus a vobis, an in ſpatio et tem-

npore prima principia videatis, deinde an eadem imagibus adumbrari et repræſentari valeant. Quid illa commu, quid ſimile habent cum extenſione ſpatii et temporis? umquid illa extenſa ſunt? Vultis indicare nobis, cujus ſiræ, cujus coloris ſint? An illa ſunt recta? An obliqua? An ba vel nigra? An rotunda vel quadrata? Quidquid in exnſione cernitur, illud extenſum eſt, et omnis quælibet exnſio colore et tabellis pingi poteſt. Vultis accerſitum pictoem coram nobis ſiſtere, cui delineare et penicillo ſuo comingere placeat imaginem vel utriusque hujus principii: *Nihili ullæ ſunt proprietates ...... idem non poteſt eſſe ſimul et non ſſe*; vel horumce aliorum: *bis duo dant quatuor ...... quæ unt eadem uni tertio, ſunt eadem inter ſe...* Vel etiam hujus, uod ſervare potiſſimúm et retinere vultis,: *nulla objecto convenit nota, quæ ipſi contradicit, omnis autem nota, quæ objecto non contradicit, ipſi convenit?* Certe nec Apelles, nec quivis alius Græciæ vel Italiæ pictor celeberrimus tales imagiaes fingere potuiſſent. Ergo nec memorata, nec quæcunque alia prima principia videntur in extenſione ſpatii et temporis. Jamvero impoſſibile eſt ſine primis principiis judicium certum emittere. Ergo de omnibus dubitandum vobis eſt. Ergo ex hoc uno, quod primum produximus, argumento patet evidenter Kantianorum Pyrroniſmus.

Quare illi contendunt, exiſtentiam Dei, originem mundi, libertatem, immortalitatem, ſimplicitatem et alias conſtitutivas animarum noſtrarum proprietates nunc eſſe et in poſterum fore $=$ X, id eſt, nobis prorſus incognitas, donec ſenſualitatis legibus obnoxii manebimus? Illud ideo duntaxat affirmant, quia varias haſce veritates in tempore et ſpatio contentas atque adumbratas videre non poſſumus. Ergo, cum prima principia nec in tempore, neque in ſpatio contenta et repræſentata nobis innoteſcant, neceſſe admodum eſt, ut illa ſint nobis $=$ X, id eſt, per totius vitæ decurſum nos prorſus

late-

Digitized by Google

lateant. Ergo his in terris, velut in refertâ denſiſſimi nebris Speluncâ, habitamus. Nihil ibi omnino videmu hil cognoſcimus.

(II. Demonſtratio.) Quæ quidem omnimoda primo Principiorum ignorantia nemini mira eſſe debet. Nam, Kantiano ſyſtemate, nihil eſt ſupremum, nihil abſolut nihil demum conditionis omnis impatiens. Juxta Kantia mundum ſenſibilem intra nos gerimus, et in illo mundo nia ita ſunt ſibi invicem ſubordinata et concatenata, ut, greſſu quodam infinito, una pars alterius partis ſupponat per et requirat exiſtentiam. Nulla prior cæteris omnibus cedit. Quod quidem patet ex tempore et ſpatio, quorum Spontaneitatis et alterum Receptivitatis forma eſt. Nihil in utroque prius eſt, nihil poſterius. Deinde omnia ejus mundi Phœnomena ita ſunt cauſalitatis legibus obnoxia, nullum ex iis alterius cauſa ſit, quin ipſum antea fuerit Phœnomeni effectus. Nulla omnino prima eſt cauſa effi Uno verbo, iſte mundus ſenſibilis inſtar eſt infinitæ cujus catenæ, cui nec primus, nec ultimus eſſet annulus. Ille milis eſt variis circulari et perenni motu agitatis atomis, rum unaquæque motum a viciná acceptum alteri vicinæ perpetuo tenore divideret, ut integra ſumma motûs a primo motore ortum habuiſſet. Ex quo optimé conclud Kantiani, nullius rei cauſam proprie dictam nobis innoteſce Nam in eorum ſyſtemate omnia ſunt effectus. (Attend Lector, hæc eſſe omnium Atheorum principia.) Nonne propugnatam a vobis doctrinam hîc recognoſcitis, Dom Kantiani? Renuntiate ergo nobis, quo in talis mundi ang ſuprema, independens, conditionis et ſubordinationis imp tiens primorum Principiorum veritas habitat. Nonne impo ſibile eſt, ut, quod eſt ſupremum, quodque ex naturá ſui quibuslibet conditionum, dependentiæ et ſubordinationi legibus repugnat, illud ibi inveniamus, ubi omnia neceſſa riis

t arctiſſimis dependentiæ vinculis ſibi invicem ſubjecta co-
? Hoc ſane fieri non poteſt. Ergo nulla vobis intra
di ſenſibilis limites prima principia remanent. Hujus ta-
extra fines nihil cognoſci poſſe vos ipſi fatemini. Ergo
a omnino ſunt prima Kantianis principia. Nihil proinde
s reliquum eſt, quam ut de omni re prorſus dubitetis.

(III. Demonſtratio.) Quare autem in his probandis tan-
ere inſudamus? Ipſi enim Kantiani nullam objectivam,
ſubjectivam tantummodo veritatem et certitudinem pri-
principiis ſubeſſe fatentur. Non objectivam? Ergo nulla
evis veritas et certitudo iisdem competit. Nam, juxta eos,
dquid objective in ſpatio et tempore non cernitur, illud eſt
ue ſemper erit = X, ideſt, per totius noſtræ vitæ tempus,
ognitum.

Subjectiva tantummodó veritas et certitudo ſubeſt pri-
s principiis! Novimus nunc linguam ſenis veſtri præcepto-
. Subjectum eſt mens humana. Quod ſubjectivé dun-
ɩat exiſtit, vel quod ſolum modo ſubjectivé verum et cer-
m eſt, illud non a parte rei, ut Scholaſtici loquuntur, id-
t, veré et realiter, ſed tantummodó a parte mentis, ideſt,
lum mentaliter exiſtit vel certum eſt, ſeu, ut aliis verbis
amur, illius exiſtentiam vel certitudinem ſine ullis præviis
ſufficientibus argumentis credimus atque animo fingimus.

Subjectiva ſolum veritas et certitudo competunt primis
rincipiis! Ergo hæc Principia humanis mentibus, perinde
: ſubjectis, inhærent. Sic eſt, ajunt Kantiani. Sed anima
ſtne ſubjectum verum et proprié dictum? Silent. Eſtne
ubſtantia? Tacent. Eſtne perſona? Neſciunt. Hujus enim
aturam et conſtitutivas proprietates penitús ignorant. Quo-
iam in domicilio caligine et tenebris obſito clariſſima omnium
:ognitionum principia Kantius collocavit? Quis oculus tot in-
er tenebras illa videre poterit?

Prima

Digitized by Google

Prima Principia ſunt relationes non modó inter res ui ſpeciei, ſed etiam cuiuscunque generis, non modó inter mi ſed inter milliés centena millia, uno verbo, inter om quæcunque poſſunt exiſtere, id eſt, inter res numero inf tas. V.G. quando in medium proferimus illud principi *idem non poteſt ſimul eſſe et non eſſe,* hoc intelligimus, n ſolum de omnibus, ſive animalibus, ſive plantis et arbori ſive cujuscunque generis corporibus, ſed etiam de conditi ritibus; non ſolúm de iis, quæ hactenus extiterunt, vel i die exiſtunt, sed etiam de illis omnibus, quæ vel poſtea tura ſunt, vel eſſe poterunt. Attamen ſimul ac memora principium protulimus, nos nullatenús errare, certo no conſtat. Jam vero nullibi relatio quævis eſſe poteſt, niſi i ſunt res, quibus illa fundata nititur. V.G. relationes, quæ i ter varia corporis membra intercedunt, nullibi *ſunt*, niſi i eſt corpus. Ergo ſubjectum et fundamentum, quod gene raliſſimis et infinitis relationibus, quas vocamus prima prin pia, ſubeſt et inhæret, non poteſt eſſe, niſi *infinitum.* Hi ſequitur, reverâ dari ens infinitum, et hoc patere eâdem præciſé evidentiâ, quâ certum eſt dari prima principia. Hi autem graviſſimam quæſtionem diſceptare res in præſenti no poſtulat. Quid ergo dicturi ſunt Kantiani, quibus *libuit* an mas humanas ſubjecta et domicilia primis Principiis elegi Dicentne ſingulas eſſe infinitas? Neſcimus, quomodo ani mæ, quas illi ſortiti ſunt, informentur. Nos autem, qu non ſumus Kantiani, anguſtiſſimis et maximé finitis limitibu noſtras circumſcribi optimé ſentimus, et ſingulis momentis experimur. Ergo illis non ſubjectivé adeſſo poſſunt prima principia, nec etiam objective, ut demonſtravimus. Er go patet etiam ex hâc parte Kantiani Pyrroniſmi fœditas.

(IV. Demonſtratio.) Quid cenſetis de Logicâ, *Domini* Kantianl? Dicendum vobis eſt, peritiſſimos in logicis *rebus* Philoſophos ſimiles eſſe artifici, qui leges artis ſuæ, quas

Ille

Digitized by Google

tamen nunquam didiciſſet, accuratiſſimé ſequeretur. Nam
ica, illa præſertim, quæ generalis dicitur, ne minimam
dem habet ad res ſenſibiles relationem. Omnes autem le-
, quas in dirigendis hominum judiciis ſequitur, ab Ariſtoteli-
Categoriis, quæ, juxta vos, facultatum noſtrarum judicandi
atiocinandi formas conſtituunt, mutuo accepit. Verum,
iter juxta vos, hæ categoriæ, quamdiu earumdem facul-
ım formæ ſunt, nec definiri, nec intelligi poſſunt, nec
um prorſús ſenſum mentibus exhibent. Tunc illæ ſolúm
bis innoteſcunt, tunc aliquid ſignificare tandem incipiunt
ando formarum perſonam exuentes, ad ſenſibilia objecta,
orum naturam induunt, convertuntur, id eſt, quando vir
gicus nec illas conſulere, nec ut duces et magiſtras artis
æ amplius ſequi poteſt. At vero ille forſitan poterit ea-
ndem delineamenta et faciem ſub novis ſenſibilium obje-
orum coloribus agnoſcere. Minimê gentium. Quaré?
uia videlicet ea ſunt ſemper finita, quæ ſenſibus noſtris in-
teſcunt, cum econtra categoriæ, generatim ſumptæ, id
t, quatenus formas facultatum judicandi et ratiocinandi con-
ituunt, ſint veritates univerſales, quæ ſe ad res numero in-
nitas referunt, et quæ proinde in ſingularibus et neceſſario
nitis Phœnomenis contineri et deprehendi nequeunt. Ergo
ıre ac merito dici poteſt, Philoſophos in rebus logicis peri-
ſſimos ſimiles eſſe artifici, qui ſemper et optimé leges artis
æ ſequeretur, quamvis illas nunquam didiciſſet; ſeu potiús
icendum eſt, neminem ex iis Principia logicæ et leges cogno-
cere. Ergo Logica nulla eſt. Verum tamen, ſine artificialis vel
aturalis Logicæ auxilio, nemo poteſt judicium certum emittere.
Ergo ex his quarta Kantiani Pyrroniſmi demonſtratio naſcitur.

(V. Demonſtratio.) Præterea de omnibus dubitandum no-
is eſt, ſi de nullâ re certo ratiocinari liceat. Nullus autem
erto et ſine errandi formidine ratiocinari poteſt, niſi claram
tque evidentem hujus axiomatis: *quæ ſunt eadem uni tertio,*

ſunt

ſunt eadem inter ſe, notitiam habeat. Quod quiden nemini unquam ſub formâ extenſionis ſpatii et tempo tuit. At vero, juxta Kantianos, nihil, niſi ſub hâc cognoſcere poſſumus. Ergo quintâ vice eadem concluſio.

(VI. Demonſtratio.) In veſtro ſyſtemate, Domi tiani, nihil præter apparentias intuemur, nec unquar licet, an vel leviſſima inter eas et res extra *nos* poſitas tudo intercedat. Ut enim hæc comparatio poſſet *inſtitu* ceſſe foret, ut illæ res extrinſecæ, quibuscum depi mentibus imagines conferre vellemus, nobis innoteſce Quod quidem evidenter principiis veſtris repugnat, cum la res extra facultates animæ noſtræ poſita cognoſci n ullomodo poſſit. Hæc autem clariori in luce patebu principium aliud Kantii in medium proferamus. Nam huic Præſtantiſſimo Philoſopho fides adhiberi oporteat, c nitiones noſtræ non juxta naturam et proprietates intri rerum diriguntur atque informantur, ſed ipſæ res po dirigunt et inflectunt juxta naturam et proprietates fa noſtræ cognoſcendi, cujus illæ formam et delineamenta fectè induunt. Quæ quidem facultas, ut ait ipſe Ka inſtar eſt colorati vitri, quo quis utitur, corpora, non ſe ſunt, ſed iisdem præciſé coloribus, quibus vitrum tur, induta perſpicit; ita, ut mira hæc facultas Magicæ cu lucernæ omnium rerum faciem mutanti comparari queat. U vetus ille inſtitutor hanc inſolentiam doctrinæ haurire po Quare noſtram intelligendi vim corporeis ſenſuum org et cuncta intelligibilia proprietatibus corporum, quæ nobis ſe ignota ſunt, aſſimilare auſus eſt? Quis exiſtimabit ali eſſe verum atque inconcuſſum, ſi omnia rerum, quas vimus, attributa immutari, et earum naturam ad noſtru cogitandi modum, vi quâdam adhibitâ, revocari *et infle* poſſe crediderit? Quis pro certis habebit prima principia, qu

rum

Digitized by Google

veritatem, non ab intrinſecâ rerum eſſentiâ, ſed a phy-
c conſtitutione ſingulis mentibus propriâ pendere in ani-
n ſibi induxerit? An hæc iſta conſtitutio ſic conſtans, ſic
nanens et uniformis eſt, ut ipſamet veritas? Nonne pro-
imus animas ex elementis materiæ, juxta Kantii ſyſtema,
npingi. et proinde aliorum corporum, quæ non eodem
do cuncta ſane informantur, naturam et viciſſitudines ſor-
? Ergo, quod mihi verum eſt, tibi falſum erit. Ergo, ſi
porea, quæ in me eſt, cognoſcendi facultas forte immu-
ır, quod hodie affirmare teneor, illud idem mihi cras ne-
ndum erit. Nonne Pyrroniſmus hic ſe omnium oculis
eſentem pro ſextâ vice exhibet?

(VII. Demonſtratio.) Quodnam eſt fundamentale totius
ntiani ſyſtematis principium? Illud ſcilicet: *οντωσ οντα di-
ſci nequeunt.* Quorum verborum ſenſus, niſi nos Græ-
linguæ ſimus penitus obliti, hic eſt: *quæ realiter exiſtunt,
c cognoſci nequeunt.* Quæ quidem interpretatio communi
fragio et abſque ullâ controverſiâ ab omnibus Kantii di-
pulis, perinde ac res certiſſima, admittitur. Jam vero quod
liter non exiſtit, illud re verâ non exiſtit, illud profecto nihil
. Ergo ex hoc principio unum ex his duobus ſequitur, vel
ilum ipſum poſſe mentis oculis perſpici, vel nihil omnino a
bis cognoſci. Vos quidem, Domini Kantiani, longe ocula-
res cæteris hominibus, eſſe libentes fatemur. Verum tamen
n intelligimus, quomodo nihilum a vobis perſpici valeat, *ni-
li* enim *nulla eſt proprietas; prius eſt eſſe, quam videri.* Hæc
iomata, quæ proprio fulgore nitent, ſuprema ſunt et ultima
ijuſcunque ſcientiæ principia. Neceſſe eſt, ut vos affirmetis vel
egetis, illa eſſe vera. Si primum, ergo nihil omnino videtis,
um ea, quæ realiter non exiſtunt, cognoſci non poſſe con-
teamini. Si ſecundum; Ergo totius humanæ cognitionis
ndamentale principium eruitis. Hæc iſta doctrina quid ali-
d eſt, quam recentiorum ſcepticorum Pyrroniſmus, qui in

eo

eo ſitus eſt, ut nihil præter meras et omni re vacu: rentias videamus. Ergo inde evidenter naſcitur ſe| probandæ quæſtionis argumentum.

(VIII. Demonſtratio.) Verumtamen, ſi quis vo roget et quærat, an ſit aliquid realis, id eſt, quod ver ipſâ exiſtat, in iſtis imaginibus, ſine quibus, juxta v hil poteſt ab hominibus cognoſci, tunc univerſus Ka rum chorus unanimi atque altâ voce reſpondet: ſic eſt. teria enim, unde conflantur pleræque imagines, eſt quod reale, varium, multiplex, poſitis extra ſe partib ſtans et nobis prorſús extrinſecum. Hæc materia tan afficit Receptivitatem animæ, et in eam, velut in vas dam recipiens, unde nómen Receptivitatis ortum eſt, i ditur. Tunc, amiſſâ, quam forte nunquam habuit, determinato et ſpeciali modo extenſi naturâ, formam e ſionis in genere et in abſtracto a Receptivitate acceptam Deinde ſpontaneitatis manibus, quæ altera eſt facultas in unum coacta et elaborata, in hanc vel illam imagi bito converſa naſcitur.

Si res ita ſe habeat, nos quidem fatemur, depict mentibus imagines, quæ nihil, juxta vos, ab ideis n diſcrepant, eſſe procul dubio reales, imo et ſolidas, ſi q illæ ſunt materiales. At vero neſcimus, utrúm hæc ma extrinſeca et per arcanos cuniculos usque in ſecretum a atrium ingreſſa, ſit ſubſtratum quoddam nobis prorſús gnitum, an vero illa mentium oculis innoteſcat. Quid reſpo bitis, Domini Kantiani? Hanc nobis eſſe notam dicere non Tunc enim ſupremum ſyſtematis veſtri principium, ſcilicet quæ realiter exiſtunt, cognoſci non poſſe, funditus rueret. E hæc, quam realem eſſe contenditis, materia vel nullo modo ginibus noſtris commiſcetur, vel ſubſtratum quoddam no prorſús incognitum dicenda eſt. Illa relativé ad perſpi tis animæ aciem ſe habet, quaſi nulla prorſús eſſet. Q

igitur,

tur, ſeu, ut proprio ſcholæ vocabulo utamur, quid reali- exiſtentis in imaginibus, pro ut illæ nobis innoteſcunt, pereſt? Daturne alia realis atque nobis nota materia, un- illæ compingantur? Hoc autem fieri non poteſt. Tunc iim ουτωσ ουκα, id eſt, entia realiter exiſtentia nobis nota rent. Ergo celebratæ in Scholis veſtris imagines ſunt om- no vacuæ. Ergo ne quidem umbris tenuiſſimo aere com- ıctis et circa Acherontis et ſtygis ripas volitantibus æquipa- ri valent. Ergo merum nihilum, nihil omnino ſunt. Ec- ıid hoc eſt, niſi recentioris, de quo loquebamur, Pyrro- ſmi confirmatio, et octava probandæ quæſtionis demon- ratio?

(IX. Demonſtratio.) Verum neceſſe eſt, ut hæc clariori lhuc in luce ponamus. Quid naturam et attributa omnium, ıaſcunque experimur, imaginum conſtituit? An realis et ctrinſeca materia, de quâ modo quæſtio facta eſt? Nequa- ıaquam. Sed ad ſolas facultatum noſtrarum cognoſcendì ırmas hæc laus, juxta Kantianos, proprio jure pertinet. Er- ɔ proxima, ſeu potius ſola materia, unde conflantur ima- ines, in prædictis formis neceſſario conſiſtit, nec major re- itas illis, quam his eſſe poteſt. Quænam ſunt autem iſtæ ırmæ? Nempe purum tempus et purum ſpatium. At vero trique nulla profecto realitas competit. Sive enim in ſe, ve in repræſentatione ſpectetur, utrumque nihil omnino eſt.

1.) Purum ſpatium et purum tempus, prout in ſe ſpe- tantur, nihil ſunt. Quid enim hæc duo ſunt? Scilicet ſpa- ium purum illud eſt, quod imaginatio nobis exhibet ex omni ıarte infinitum, conſtans ex infinitis numero punctis a ſe in- ıicem diſtinctis, et in immenſo ſuo gremio omnia corpora complectens. Tempus autem purum illud eſt, quod pari- er conſtans ex infinito numero inſtantium ſibi invicem ſuc- cedentium omnes et ſingulas pleni vel inanis, ut loquuntur Kantiani, temporis partes in ſe contineret. Quod ſi utrum-

que exiſteret, in momentorum infinitate non pauciora momenta, quam in ſæculorum infinitate, cum nihil mero infinito majus. Eamdem ob cauſam in unâ lin nitâ tot etiam eſſent puncta extra ſe invicem poſita, q perirentur in integrâ linearum ſummâ, quæ *totalitatem* niti ſpatii perficerent. Supponamus enim, quod hæc circa ſe ipſam integra volvatur. Tunc naſcetur inde ſ magnitudinis infinitæ, quæ immenſitatem *ſpatii* accurat adæquabit atque mentietur. Verum hæc omnia *pugnan* denter adverſus principium: *Totum eſt ſui parte majus*. finitas ſæculorum infinitatem momentorum toties nece ſuperat, quot ſunt in unoquoque ſæculo momenta. *Similiter* nium linearum collectionis infinitas toties infinitatem un neæ ſuperare debet, quot ſunt lineæ particulares infinitæ in ctione, ex quâ immenſitas ſpatii exoritur. Ergo purum tium et purum tempus ſibi ipſis contradicunt, atque cum non poſſunt exiſtere, nihil omnino ſunt. (a) (b)

Præterea, juxta Kantianos, omnia, quæ velut et figurata cernimus, ſunt imagines rerum, quæ *nullam* tenſionem nullamque figuram in ſe et a parte rei con Ergo, ſi purum ſpatium attributa et naturam omnium externi Phœnomenorum conſtituit, hinc evidenter ſequ illud non eſſe reverâ extenſum. Sed quid eſt ſpatium, nulla eſt prorſus extenſio? Quid, præter chimæram, p

merum

(a) Hic obſervandum eſt, tempus infinitum et purum nullatenùs poſſe a ſpatio infinito diſtingui. Nam illud, juxta Kantianos, eſt genus quoddam exten infinitæ et ſola longitudine donatæ. Illud proinde eſt linea infinita. *Porro* ſtravimus lineâ infinitâ ſpatii immenſitatem ejusdem ſpatii accuratiſſime adæqu Ergo neutrum ab altero diſtinguendum eſt, et conſequenter omnes Kantian formæ in unam coeunt, ſiquidem categoriæ, quæ formas facultatum judica et ratiocinandi conſtituunt, nihil a tempore puro diſcrepant.

(b) Hinc etiam patet nullum alio majus dari infinitum, et mathematica p ſecundi et tertii ordinis infinita non eſſe actu ſed ſolummodò pòtentialiter inf ideſt, nihil aliud eſſe, quam res finitas, quæ ſemper finitæ permanebunt, qu vis illæ poſſint, volente Deo, per totam æternitatis ſeriem creſcere. Nihil e iſtis impropriè dictis infinitis, quod cum infinito Kantianorum ſpatio vel temp re comparari poſſit. Unicum dari verum et actuale infinitum poſtea probabimus.

erum nihilum, illud eſſe poteſt? Quod quidem, etſi pleris-
ıe lectoribus mirum et incredibile eſſe videatur, nemo ta-
ıen in hoc ſingulari et omni re vacuo ſyſtemate verſatus
ıirabitur. Nam purum ſpatium et purum tempus nihil ali-
d ſunt, juxta Kantianos, quam ſpatium et tempus in genere
t in abſtracto ſpectata. Verum enim vero, quæ ſolum in
enere et in abſtracto exiſtunt, ea nullam proprie dictam et
ealem exiſtentiam ſortiuntur. Ergo purum ſpatium et pu-
um tempus in ſe ſpectata nihil omnino ſunt, et proinde cun-
ctas imagines, ſi ex his, velut ex elementis, coaleſcunt,
omni re viduari patet.

2.) Reſtat igitur Kantianis, ut dicant, formas et ima-
gines e puro ſpatio et tempore, non in ſe ſumptis, ſed re-
præſentatis conſtitui. Verum ſemper tamen timemus, ne in
n hâc eorum repræſentatione non plus realitatis, quam in
ntrinſecâ utriusque naturâ invenire poſſimus. Nam, cum
ıæc repræſentatio ſenſus noſtros percellat nobisque nota ſit,
i illa realis eſt, exinde ſequitur, entia realiter exiſtentia
a nobis cognoſci, quod quidem ſupremo Kantianorum princi-
pio repugnat. Ergo illa realitatem ſolum apparentem poſſi-
det. Sed, quod ſolúm apparenter reale eſt, illud reverâ
non exiſtit. Quod autem reverâ non exiſtit, illud merum
nihilum eſt. Quot et quam alta myſteria in his ſublimiſſi-
mis dogmatibus includuntur! Quis ea nobis revelare dignabi-
tur? Sane non intelligimus, quomodo mentis oculis nihilum
ſub formâ ſenſibili apparere poſſit. Nec etiam magis intelli-
gimus, quomodo purum ſpatium, cui nulla, ut ajunt Kan-
tiani, intrinſeca ſubeſt extenſio, per extenſam imaginem ad-
umbrari valeat. Nam e duobus contradictoriis unum alterius
imago eſſe nequit. Non intelligimus, quâ arte et quomo-
do ea poſſint pingi et repræſentari, quæ ſolúm in genere et
in abſtracto, velut purum tempus et ſpatium, exiſtunt. Tan-
dem non intelligimus, quomodo hoc idem ſpatium, quod

Digitized by Google

ſane nihil eſt, ſub verâ et reali imagine ſenſibus vel menti
noſtris exhiberi poſſit. Rogamus Kantianos, quibus per
cacior, quam nobis, ineſt intelligendi vis, ut hæc nobis ma
nifeſta faciant. Interea non majorem realitatis gradum p
tempori et ſpatio repræſentatis, quam in ſe ſumptis et ſpe
tis ineſſe concludemus, et proinde formis et imaginibus
illæ ex utriusque repræſentatione oriantur, nullam
ram et realem, ſed ſolummodo apparentem exiſtentia
competere.

Quam quidem conſequentiam eó majori fiduciâ eruimus
quod ſpatium et tempus utrumque purum et infinitum ve
et reali repræſentatione adumbrari nequeat, niſi ope imag
quæ non ſolum realis, ſed etiam infinita et in animis noſt
vere contenta ſit. Impoſſibile eſt enim, ut imago quæ
finita fiat unquam effigies rei infinitæ. At vero in hâc hy
theſi, anima, quæ talem infinitam et realem imaginem
contineret, eſſet pariter et ſimul infinita, quia juxta adag
continens contento nunquam minus eſſe poteſt. Dicat
nobis Kantius, an mortalium animæ ſint reverâ infinita
extenſione nullis limitibus conſcriptâ donentur. Fieri e
nullatenús poteſt, ut illæ realem et immenſam imaginem
gremio ſuo complectantur, niſi vera et proprie dicta imme
ſitas ad illas pertineat. Præterea tunc erunt duo ſpatia infi
ta, nempe unum continens, alterum autem contentum; et
toties bis multiplicabitur ſpatium infinitum, quot erunt mor
tales, qui talem imaginem in ſe contineant. Hocne cre
dunt Kantiani? Spontaneitatis eſt omnes et ſingulas imagines
efficere. Ubinam illa materiam tot perficiendis realibus et
infinite extenſis imaginibus neceſſariam inveniet? In immen
ſitate ſpatii infiniti? At vero, ſi exiſtat, illud unicum eſt et pro
inde tot immenſis laboribus ſimul complendis omnino impar.
An creandi poteſtas, an innumerabilia ſimul infinita ſpa
tia creandi poteſtas ſpontaneitati competit? Ex his non ma-

jorem

Digitized by Google

m repræſentatis, quam in ſe ſpectatis puro ſpatio et puro pori realitatem eſſe rurſum concludimus. Unde igitur eræ imagines, quæ omnia ſua attributa ex utroque mutu- ır, realitatem ſuam accipient? Ergo ne in re quidem mi- ıâ declinant Kantiani ab hoc ſuo principio: ουτωσ ουτα, ſeu ia realiter exiſtentia videri et cognoſci nequeunt. Ergo num nihil videmus, nihil cognoſcimus. Nam nihilum ere, nihil videre eſt. An luculentioribus argumentis epticiſmum ſyſtematis ſui probare Kantio licebat? Hæc ejusdem facti nona demonſtratio.

(X. Demonſtratio.) Quod hucusque a nobis dictum fuit, ıd profecto ſatis eſt, ut Kantianæ ſcholæ Scepticiſmus ocu- omnium pateat. Sed quoniam Kantius ſibi gratulatur, aſi ſyſtematis ſui auxilio novos certitudinis gradus et radios athematicis rebus addidiſſet, operæ pretium eſt paucis diſſe- re, an vaſtabundus hujus Philoſophi Pyrroniſmus illas ſal- m intactas reliquerit. Sane et procul dubio contrarium af- mari poteſt. Nam ſine primis principiis, non minus in ic diſciplinâ, quam in cæteris, impoſſibile eſt quidquam rti invenire. Objectum, circa quod matheſis verſatur, in ımeris et extenſis poſitum eſt. Numeros in tempore, ex- nſa in ſpatio, utroque infinito, Kantius collocavit. Qua- opter, ſi nullum ſit hujusmodi tempus et ſpatium, neceſſe ſt, ut integra materies, cui incumbit matheſis, in auras ſu- ito, perinde ac tenuis fumus, evaneſcat. Deinde quomo- lo in Kantiano ſyſtemate compertum nobis eſſe poteſt, in- initum eſſe tempus et ſpatium? An ea vis eſt Spontaneitati, ıt ſingula momenta temporis et ſingula puncta ſpatii infiniti n unum congreget, atque ita utriusque effigiem perficiat? Minime profecto, reſpondent Kantiani. Aggregatio enim ıumeri infiniti ſive momentorum ſive punctorum non poſſet ıbſolvi, niſi poſt exactam æternitatem, quæ certe nunquam elabetur. Itaque pro certo habendum eſt nec tempus, nec ſpa-

ſpatium infinitum per imagines ex aggregatis partibus, i e conceptibus procreatas innoteſcere. Quomodo igitur ut que innoteſcit? Per intuitum, reſpondent illi. Sed ſacr et ſolemne eſt apud eos adagium, cæcos ſemper eſſe int quando illi conceptibus viduantur. Cæcus autem, ni mur, videre non poteſt. Exinde jure concludimus, ten et ſpatium infinitum, quæ Kantiani materiem et objec mathematicis rebus ſtatuerunt, omnibus eſſe tum Algebri tum Geometris prorſus incognita. Quomodo enim fieri teſt, ut per hanc denſiſſimam et ſempiternam noctem lux monſtrationis oculis eorum affulgeat? Ergo omnia Kanti Scepticiſmo vaſtari et dirui jam decies demonſtratum fuit.

Ex dictis patet nullam eſſe Kantianis logicam, nu prima principia; res nullas extra eos poſitas ab ipſis cogno ac proinde penitùs eos latere, an alii nunc exiſtant, vel quam exſtiterint homines, an vera corpora ipſi poſſi imo animam, extra cujus limites nihil omnino illi norum eſſe incognitam, ut eis prorſùs incertum ſit, an illa ſit p ſona; nihil demum iisdem innoteſcere, niſi per imagine puro ſpatio et tempore, id eſt, e mero nihilo confictas, e proinde nihil omnino ab ipſis videri.

Quid nunc, Domini Kantiani, cenſendum nobis eſt vestro ſapientiſſimo magiſtro et venerando admodum Patria châ, qui Scepticiſmum Humii confutare velle videbatur? Ille concedebat Humio de omni re nobis eſſe dubitandum, ſi ea quæ nobis innoteſcunt, e ſolis quinque ſenſuum fontibus cun cta hauriamus. Ultro quidem fatebatur, prima cognition cujusque initia ex his fontibus ortum habuiſſe. Verum ille tanquam pro aris atque focis contendebat, cognitionum no ſtrarum complementa aliunde dimanare, nempe ex ipſis *animæ* viſceribus, e formis, quæ, priusquam quævis *ſenſibilis* naſcatur experientia, neceſſariis nexibus naturæ ejus inhærent,

ſcili-

Digitized by Google

cet e formis receptivitatis, ſponteneitatis et præſertim fa-
atum judicandi et ratiocinandi. Quæ quidem formæ om-
m mortalium admiratione et grati animi memoriâ digniſſi-
, ſunt, ut jam diximus, ſpatium et tempus, utrumque
genere et in abſtracto ſpectatum, et, quæ a tempore puro
latenús diſcrepant, decem Ariſtotelis categoriæ, quas ad
odecimum numerum Kantius adauxit. Hæ formæ tem-
um Rationis conſtituunt. Quod quidem introgreſſus ex-
mat magna voce Kantius et hortatur, ut unusquisque Divæ
ajeſtatem proſpicere et ejusdem reſponſa auſcultare prope-
t. Sed quid hoc eſt? Pollicitus erat ſummus Germaniæ no-
æ Philoſophus, foré, ut clariſſima veritatum ſpectacula ſe
omnium adſtantium oculis exhiberent. Attamen locus eſt
ıdequaque dirâ caligine et denſis tenebris obſitus. Nemo
det formas. Kantius ipſe nunquam illas vidit, et proinde
etioſus veritatum theſaurus, quem eædem illæ in ſinu ſuo
erunt, latet abſconditus. Ut quis ditiſſimarum formarum
ectaculo tandem potiatur, neceſſe eſt, ut adytum deſerens
orás protinus exeat. Ibi illæ ſe ipſas ſub imaginibus rerum
enſibilibus conſpiciendas permittent. Verum híc, fatentibus
antianis, híc ſedem imperii ſui Pyrroniſmus collocavit.

Vultis ergo demum ſcire, Domini Kantiani, quid de
nito inter Kantium et Huminum certamine ſentiamus? Si-
ite, ut mentem noſtram plane aperiamus. Utrumque duo-
ous furibus ſimilem eſſe judicamus, qui, cum ex eodem lo-
co profecti fuerint, aliquantiſper a ſe invicem diſcedere vo-
luerunt, ne ſuſceptis a ſe communibus conſiliis manifeſta ni-
mis concordia obeſſet, qui que demum, cum homines incau-
tos deceperunt, rurſús in unum conveniunt. Breve per tem-
pus fines ſenſibilis experientiæ, quam ſcepticus Anglus tue-
batur, viſus eſt Kantius deſerere. Sed paulo poſt ad eosdem
occultis quibusdam callibus remeavit. Scilicet ille metuebat,
ne præmature et intempeſtive in lucem conſilia proferens im-
pediret,

Digitized by Google

pediret, quominus illis eſſet proſper et felix exitus. (
propter Humii Pyrroniſmum odio perſequi viſus eſt, or
busque impiis, Mate ialiſtis, Scepticis et Atheis bellum i
cere, atque potiſſimum ad meliorem formam lokianum
ſtema revocare et corrigere ſe velle ſimulavit.

Forte quidem contigit, ut Humius, cum abſurdiſſi
Pyrroniſmi fœditates e lokiano ſyſtemate, quaſi ſponte ſ
emergere probavit, nihil aliud intentum habuerit, quam
illius falſitatem et ſcaturientia ex eo pericula popularibus ſ
demonſtraret. At vero, ſi ille reverá ſcepticus eſt, eâ cer
fide fuit, ut palam ſe hoſtem profiteri non dubitaverit. E con
tra Kantius, dum ſuis civibus amicum ſe fingit, incautis pl
na veneno pocula audet porrigere. Illinc agnoſcimus ap
tum latronem, hinc hypocritam ſicarium; illinc confiſ
viribus et nimis ferocem animum, hinc occultum et ideo m
tuendum magis proditorem; illinc Achillem campis la
ſternentem omnia, hinc Sinonem falſis perjuriis homine
que Deos teſtes invocantem. Hæc ſunt, quæ de vultu M
giſtri veſtri (nam illius animum nequimus intueri) judicam

Quâ in quæſtione differendâ ideo tamdiu immorati ſu
mus, quia præcipuus Kantiani ſyſtematis ſcopus videtur eſſe
Scepticismus. Quapropter rem eo deducere voluimus, u
hunc unusquisque quaſi digitis tangere et oculis cernere poſ
ſet. Fruſtra enumeraremus, quot et quanta ex hoc immundo
doctrinæ barathro emergant pericula. Res enim manifeſto
patet. Ergo ad alia procedamus.

Kantianum ſyſtema ducit ad Atheismum, et omnes moralis diſciplinæ leges funditús evertit.

Ultimis noſtris promiſſis defungi tenemur. Kantii ſyſtema
exiſtentiam Dei et omnia naturalis legis fundamenta pe-
nitús

Digitized by Google

ús **eruit.** Jam nos audacem Philoſophum altâ voce clamann audivimus, ex omnibus argumentis, quibus freti mortaſummum adeſſe numen crediderant, nullum prorſús eſſe, o hæc primaria et tanti momenti veritas demonſtrari poſſit, minemque ad eam cognoſcendam perventurum eſſe, niſi e ad neſcimus quam e mortalis diſciplinæ legibus hauſtam dem confugiat.

Primum ſtatui Kantius, dari legem quamdam naturam, quæ, etſi nobis antecedenter ad ſupremi Numinis notiam per ſe innoteſcat, et independenter ab eo vim conſciitiam omnium mortalium obligandi ex ſuâ naturâ poſſideat, eceſſario tamen exiſtentiam Dei poſtulat. Quapropter, ut æc unica et ſolitaria divinæ exiſtentiæ probatio, é commui cæterarum omnium naufragio, emergere valeat, tria neeſſario requiruntur, ſcilicet.

1.) Ut in Kantiano ſyſtemate lex naturalis poſſit exiſtere.

2.) Ut, ante quamlibet ſupremi Tuminis notitiam, eadem lex vim obligandi et jus imperandi in ſe contineat.

3.) Ut illa, poſt ſtabilitam utriusque conditionis veritatem, neceſſario Dei exiſtentiam poſtulet.

Quomodo autem poteritis, Domini Kantiani, non dicimus hæc tria, ſed unum e tribus ſaltem adſtruere? Nos ſane miramur Doctorem veſtrum egregium, qui, cum antea omnes fugæ vias intercluſit, tunc altiſſimam, præruptam et manibus ſuis conſultó præfoſſam abyſſum digito monſtrans diſcipulis: „Hâc. inquit, tranſeundum eſt. Eia agite, juve-
„nes, iter pede certo capeſſite. Hæc quidem via vobis uni-
„ca ſupereſt, ſed plana prorſús et facilis; quam ſecuti, cre-
„dite magiſtro, incolumes brevi et ſalvi eritis.“

1.) Quomodo naturalis legis notitia cum ſyſtematis veſtri ſcepticiſmo conſiſtere poteſt? Nulla jam vobis ſuperſunt prima principia. Nihil vobis amplius certum eſt. Omnes omni-

omnino veritates gurgite dogmatum veſtrorum immerſæ que ſuffocatæ perierunt. An vos penes eſt illas faucibus n tis eripere, et in gratiam morum diſciplinæ rurſùs rediv procreare?

Nihil, niſi in ſpatio et tempore, videre poteſtis. (in loco ſpatii conſpecta vel contacta habuiſtis hæc duo pı cipia: *alteri ne feceris, quod tibi fieri non vis ...... fac al quod tibi fieri velles?* Quibus in punctis ejusdem ſpatii in niſtis hæc alia duo, quæ, etſi non ita clara ſint, præ cæte tamen vobis placuiſſe videntur, nempe: *age ſemper juxta ı gulas, quarum unaquæque in legem univerſalem converti m reretur .... ſic age, ut ſive in te ipſo, ſive in aliis, ſemp ut fine, nunquam ut medio, humanâ naturâ utaris?* (a)

Quidquid in ſpatio cernitur, illud eſt naturæ ſpatii pa ticeps; illud tres ejusdem dimenſiones ſortitur; illud tand niſi ſit infiniti ſpatii integritas, certâ quadâm figurâ dete natur et ſingulis viciſſim coloribus inſigniri et veſtiri po Numquid allata principia longa, lata, profunda ſunt? An ſunt infiniti ſpatii integritas? Poteſtisne in iis, perinde ac immenſitate ſpatii partes aliquas mentis oculis eligere, unde effigiem circuli, quadrati vel trianguli confingatis? An pote ſtis eadem coloribus exprimere? Ergo nunquam illa vidiſtis in ſpatio, nec in tempore, quod aliud extenſionis genus eſt. Cum autem, juxta vos, nihil poſſimus cognoſcere, præter ea, quæ in uno vel in altero contineri videntur, hinc evidenter ſequitur, omnia moralis diſciplinæ principia, per totius æternitatis ſeriem, aut certe quamdiu his in terris vixeritis, ſemper vobis fore incognita. Ergo nulla vobis eſt Ethica, quippe diſciplina quævis, ſi principiis careat, nullo modo poteſt

(a) Hoc ultimum principium falſum eſt. Nam e duobus finibus, quorum alter altero perfectior eſt, ratio jubet, ut perfectiorem ſemper anteponamus. Porro Deus eſt infinite perfectior hominibus. Utamur igitur, ſive in nobis, ſive in aliis naturâ humanâ nunquam ut fine, ſed ſemper ut medio, quo ad obſervandam voluntatem Dei, qui finis ultimus noſter in omnibus eſſe debet, pervenire valeamus.

Digitized by Google

exiſtere, ac proinde, ſi Kantius ex utero legis naturalis remum Numen educturus eſt, ille profecto plusquam inâ potentiâ inſtructus, non mundum, ſed ipſum mundi ficem e nihilo educet et creabit.

Præterea quærimus a vobis, an ideas decori et honeſti, inis, juſtitiæ, bonitatis, miſericordiæ et ſanctitatis, ſine ibus nulla morum ſcientia conſiſtere poteſt, ex eodem tos humanæ cognitionis promptuario, ſcilicet tempore et ſpa-, eductas habeatis. Nonne ergo mirari debemus Kantin, qui, cum omnes fontes, e quibus Legis naturalis noiam haurire poſſimus, prorſus et omnino ſiccaverit, ad m tamen homines revocare audet, ut ex eâ numen ſupreum adeſſe concludant.

Verumtamen inſtant Kantiani. Omnes gentes, inquiit, imo unusquisque hominum diſcrimen maximum eſſe ter virtutem et vitium, inter bonum et malum morale firâ fide ſemper crediderunt. Quæ quidem conſtans et ubiue diffuſa opinio factum eſt, quod nemini ſanæ mentis in ubium revocare licet. Quid inde? Omnes etiam populi, no unusquisque mortalium, præter Kantianos, cum præclaos ſiderum motus, innumeras plantarum et arborum formas, t juxta ſapientiſſimas miræ cujusdam artis regulas elucubrata ariorum animalium corpora intuerentur, inde ſupremam deſſe mentem, quæ hæc omnia condidiſſet, non minori fide rediderunt. Hoc factum poſterius non minus priore certum eſt. Nihil tamen probat, juxta vos. Ergo nec alterum.

Unde vero hoc factum, quod pro fundamento veſtri ſyſtematis ſternitur, accepiſtis? Ex hominum ſane colloquiis. Verum hi ſermones nihil omnino ſunt, præter ſonos, qui auribus veſtris increpuiſſe viſi ſunt. An illi pennati et prætervolitantes ſoni neceſſariis vinculis connectuntur cum intimâ fide, quam in aliorum hominum mentibus, quoad boni et mali diſcrimen, vigere contenditis? Hoc ſane fieri poſſet, ſi Deus

Digitized by Google

Deus exiſteret. Verum utrum ille ſit, an non, nos hucuſque latet. Interea tamen nullus Kantii diſcipulus ſcire poteſt, an inter ſermones et intimos aliorum hominum ſenſus ulla connexio vera intercedat. Quandonam et quoties veracitatem et fidem internam mortalium in extenſis imaginibus, ſine quibus nihil ille videre poteſt, depictas aſpexit? Quâ figurâ donatur et qno colore pingitur hæc occuta fides? Ubi eſt igitur certitudo memorati facti objectiva? Inſuper Kantianus quisque mundum ſenſibilem integrum in mente ſuâ gerit. Quomodo ergo ille comperire poteſt, an extra et præter ſe, ſe ipſum alii homines exiſtant, quid illi cogitent, ſentiant aut velint? Ergo Kantianam naturalis legis notitiam nullo fundamento niti evidenter patet.

Quid probare vultis, inquiunt Kantiani? An negare libet hujus facti veritatem, nempe moralitatem ſic mortalium cordibus inhærere, ut hæc eſſentiale animarum noſtrarum attributum eſſe videatur? Neqúaquam profecto. Abſit a nobis talis impietas. Sed hujus facti veritatem Kantianos, ſive in ſe, ſive in aliis hominibus, penitus latere contendimus. Quomodo enim illam cognoſcere poſſent? Per indutas extenſionis formâ imagines. Quidquid enim eſt in eorum animis, imo ipſorum animæ nullo alio modo innoteſcunt. Recurrit igitur eadem ſemper difficultas. Si dicant, morum regulas, nullâ interpoſitâ imagine, cognoſci, ergo eas vident, ut in ſe ſunt, et *ουτωσ οντα* intuentur. Ergo propriis manibus ſuum ſyſtema dilacerant et deſtruunt. Si autem fateri cogantur, ſe nihil cognoſcere, niſi quod in tempore et ſpatio depictum eſſe videatur, quæremus ſemper ab eis, quid moralitas, quid virtus et vitium cum tempore et ſpatio commune habeant. An virtus annus eſt? An hora? Tempus, juxta Kantianos, quoddam eſt genus extenſionis ſolâ longitudine donatæ et, ut veriſimile eſt, perenni motu agitatæ. Quid vobis videtur, Domini Kantiani? An juſtitia motus eſt? Quid

pari-

Digitized by Google

iter ſimilitudinis illa cum ſpatio præ ſe gerit? Ergo a Kan-
poſita principia omnem viam cognoſcendi diſcrimen inter
num et malum morale intercludunt. Ergo in veſtro ſy-
mate lex naturalis nulla poteſt exiſtere, et Deus proinde, re-
ctu noſtri, nullus eſt.

2.) Verum eſto. Regulas morum poſſe a Kantianis
gnoſci fateamur. Quid illi inde proficient? Non enim ſa-
eſt, ut lex naturalis innoteſcat. Neceſſe eſt inſuper, ut
m imperandi et vere obligandi in ſe contineat. In lege
im, penes quam nullum eſt imperandi et obligandi jus,
ihil prorſús occurrit, unde nomen legis adipiſci illa merea-
ır. Quæ quidem, ſi ſapientiſſimis morum regulis referta
iteat, adhortatoriis philoſophorum et præceptorum monitis,
ullatenus vero legibus proprie dictis annumerari poteſt. Hoc
èrum eſſe fatentur Kantiani, imo contendunt, eam vim le-
i naturali ineſſe, ut independenter et ánte quamlibet ſupre-
ıi numinis notitiam, illa ſolis et propriis ſuis viribus in om-
ium mortalium animos imperium exercere, eorumque con-
cientiam ad moraliter agendum obligare valeat.

Quare Kantius hancce ultimam, quam nullus ſane ab eo
oſtulavit Philoſophus, conditionem neceſſario requirit? An ti-
nebat ille, ne hanc procul amovendo erueret facillimé ex
Ethicâ tum Dei exiſtentiam, tum animæ libertatem et immor-
alitatem, quas cæteris argumentis demonſtrari non poſſe con-
endit? Ubi primum iſte tot immeritís præconiis celebratus
philoſophus nocturnum hoc delirium in lucem protulit, ille
profecto rationem, ut in ſemetipſo, ſic in cæteris homini-
bus dormire ſomniavit. Quis, niſi mentis inops, animo ſibi
finxit unquam, ſine legislatore legem poſſe exiſtere? Quis
niſi ſubjectis infra ſe poſitis imperare poteſt? Quis autem in-
ferior, ſi nullus eſt ſuperior? Dicat ergo Kantius, quis ſit
ille ſuperior, cui jus imperandi competit. Ratio, inquit il-
le. Ratio! Nos quidem fatemur, ſi illa ſit, aut Deus, qui

illu-

Digitized by Google

illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, a certe vehiculum, quo moralis diſciplinæ monita, velut toti ſupremi numinis mandata, ad nos usque perveniunt; ſi res ita ſe habet, libentiſſime fatemur, rationem præ ſuperioris nomine decorandam eſſe, jusque imperii et dominationis in omnium mortalium animas merito ad pertinere. Verum, juxta Kantianos, ratio nihil aliud eſt, q portio propriæ noſtræ naturæ, pars uniuscujusque noſt quæ, priusquam de Deo quidquam noverimus, neceſſa et innatam dominandi in cæteras animæ facultates, vinculis, velut indociles ancillas, coercendi prærogativ ſemetipſâ acceptam obtinuit. Quamobrem Regis autho et ſervi humilitas, Imperatoris Majeſtas et obſequioſi ſub parvitas eodem tempore atque pari jure unicuique mort competunt, et proinde, invito principio: *idem non poteſ mul eſſe et non eſſe*, unusquisque ſibi eſt ſuperior ſimul inferior. Nonne hæc deliria cachinnis excipienda ſunt ne hæc evidenter rationi plusquam Kantianæ repugna

Verum hoc idem magis adhuc admiratione, ſeu risu dignum eſſe videbitur, ſi recordari velimus, hanc nem, quæ regium Sceptrum quaſi manu gerit, et in ctis exiſtentiæ noſtræ finibus, Autocratorum more, imp tare cupit, nihil aliud eſſe, quam Spontaneitatem, cujus ma tempus eſt, et duodecim Ariſtotelis categorias, quæ cultatum judicandi et ratiocinandi formas conſtituunt, q que nihil pariter a tempore diſcrepant, id eſt, facultatem omni parte extenſam et materialem. Quid, o Deus imm talis! quid juris eſt tempori mandata noſtris voluntatibus t buendi? Quâ de cauſâ nonnullæ atomi, quibus natura rat nis compingitur, in cæteras ejusdem animæ atomos tyra nicum ſibi imperium uſurpare vellent? Dicat Kantius magn ille vir, qui omnia novit, præter ea, quæ nos homunc novimus, dicat, quibus in paginis libri, unde totum ejus ſ

ſtema

Digitized by Google

ma excerptum eſt, nempe temporis et ſpatii, hoc jus husque inauditum imperii ſcriptum invenerit. Nos miseraur priſcam Ægyptiorum cæcitatem, qui ſuppliciter ad hu- um defixis oculis et ſummo Religionis metu concuſſi com felibus et cepis olim apparebant. Verum enim vero non- multo magis miſeranda nobis eſt Kantianorum conditio, ios ad conſpectum extenſionis, quæ imaginariam Sponta- eitatis et categoriarum naturam conſtituit, tremere non udet? (a) Certe hæc illa Regina extenſio digna eſt, quæ um ridiculo ranarum et ab ipſis ranis, licet naturâ timidis, eriſó quondam Rege connubio ſtabili jungatur.

Nihilominus acriter contendit ſummus Germaniæ noſtræ hiloſophus, omnes opum copias eſſe deſerendas, graviſſinas paupertatis et contemptûs ærumnas eſſe amplectendas, naxima et crudeliſſima ſupplicia toleranda, imo ipſam mor- m æquo et conſtanti animo nobis eſſe potius ſubeundam, uam ut vel leviſſimas Spontaneitatis et Categoriarum leges rætermittere velimus. Ergo nos prorſús mente captos lle exiſtimat! Quid enim? Eóne ſtultitiæ deveniemus, ut nperio propriæ noſtræ naturæ nos ad cupiendam et inveſtiandam felicitatem conſtanter impellentis et neceſſario trahen- is ideo reluctari velimus, quia ejusdem naturæ pars diverſa t aliarum atomorum genere compacta voluntates noſtras, ropter neſcimus quam recti et honeſti imaginem, in contra- ium vergere et inclinare conatur? Utraque pars materiæ mperat, et fortaſſe utriusque imperium ex ipſâ naturâ oritur. Quænam autem hæc iſta natura eſt? An illa eſt Deus ſapiens et præpotens? An cœca et imbecillis extenſio? Si hæc natu- ra nihil ſit aliud, quam mera extenſio, nulla nos cura profecto remordet. Parvi eam, ſeu potius nihili facimus. Quod autem ad Deum attinet, ille nobis nondum notus eſt. Hu- jus

(a) Nonne hæc eſt vera et proprié dicta idolatria?

Digitized by Google

jus exiſtentiam in omnibus et ſingulis argumentis, quæ il nobis probare videbantur, maximâ cum diligentiâ quæsi mus, nec tamen eamdem hactenús attingere potuimus. Q ſi nobis nota eſſet, nos ſane ſupremi numinis mandata ſum obſequio ſummâque Religione coleremus. At vero D = X ad hunc usque diem nobis fuit. Ergo pro libito un aut alterum vel cupiditatis, vel Ethicæ imperium eligere eſt. Sed quid dicimus pro libito? Certe non nos penes eſt gendi modus. Fortiori enim cedendum eſt. Utra igi fortior eſt?

Cupiditas animis intonat; Ethica autem debili et in mâ voce auribus noſtris inſuſurrat. Illa manu violenta hit, hæc molli brachio compellens ducere magis velle, qu cogere poſſe videtur Illa Regis, hæc imbellis Pædagogi pe ſonam ſuſtinet. Illa propriis viribus confiſa dulci Majest nitet, nec minus blande, quam fortiter ad obſeqnium tat ac urget; hanc ſevero vultu et torvis oculis intuens mulare magis, quam exercere imperium dixeris. Vo luptates, divitias et honores, quos ſæpe reverá tribuit, licetur; hæc autem, etſi nullam adhuc ulterioris et mel vitæ ſpem oculis objecerit, præcipit tamen ſuis clientibus, illi, ubi primum jubere dignabitur, turpiſſimæ crucis ſu plicio necari ſe patiantur.

Quod damnati ab Eccleſiâ romanâ Quietiſtæ erga De amorem requirebant, Kantiana Ethica jubet, ut illud in gr tiam Spontaneitatis et Categoriarum faciamus, nempe, ut quidem de cœleſtibus præmiis in agendo cogitemus. Qui imo, ſi forte Deus exiſteret, tunc hujus perfectiſſima et p tentiſſima voluntas ne minimum quidem voluntatibus noſtri inclinandis et determinandis pondus deberet addere. Un verbo, niſi Spontaneitas et duodecim Ariſtotelis Categori propter ſemetipſas puriſſimo amore et absque ullo, ſalter libero, voluptatis ſenſu diligantur a nobis, tunc præclariſſima

in

eciem virtutes craſſo quodam materiæ cœno fœdabuntur, vitia ómnibus moralitatis legibus contraria ſtatim con-entur. Senex Germaniæ Philoſophus longe ſeverior eſt, ıulto plura ſane poſtulat, quam ille alter ſenex *de Monte* us, Arabum ſicariorum Princeps, cujus milites, primo o dato, in mortem ruebant, alius ipse ſibi pugionem ıs pectus adigebat, alius ex altiſſimâ turri deorſum ſe da-præcipitem. Hic enim eis antea ſuaſerat, ut, ſi quis, ju-te Principe, voluntariam ſibi mortem conſciſceret, ſubito ad cœlos evectus, æternâ ibi et ſuaviſſimâ volup-: frueretur. At vero novæ Philoſophiæ princeps non ſo-n præcipit, ut ad prima juſſa illius Ethicæ, quam e cere-) ſuo procreavit, pariter moriamur, ſed inſuper vetat :rrimé, ne quid præmii, quod tanti mali injuriam ultra nulum reſarcire poſſit, expectemus. Proh ſtultiſſimum minem, ſi Kantius hæc dogmata credit! Si vero nón cre-:, quid de eo cogitare licet?

Ergone hic eſt ille vir, quem ad cœli ſidera ſuſtulimus, e Philoſophus, qui novo ſui nominis ſplendore omnium :terum philoſophorum gloriam extincturus erat? Ergone c eſt ille ſapientiſſimus morum Legislator, cujus leges nul-: cum aliis, quam a Domino noſtro Salvatore *Jeſu Chriſto* litis conferri poterant? Ex hujus diſcipulis ubi ille eſt, qui ec delirantis animi ſomnia in hodiernum usque diem firmâ de credidit? Surgat, ſeque ipſum nominet, ut facie ſimul : nomine hominem.... nulli alii ſimilem agnoſcamus. Quot ıſus miſcerent, quot cachinnos ederent increduli, ſi divinus ıoſtræ ſanctiſſimæ Religionis inſtitutor tales Ethicæ leges con-lidiſſet! An potuiſſet Kantius, ſi, nullum virtutis et vitii di-crimen a ſe admitti, probare voluiſſet, intentum ſibi finem utiori viâ attingere?

Si quis Kantianus ulteriori argumentò indigeat, nonne lle prorſús cæcutiat, neceſſe eſt? Meminerit ille tamen, ſe ni-

hil extra propriæ exiſtentiæ limites poſitum agnoſcere, ni hil omnino videre, præter vacuas imagines, quæ in ſolâ animæ ſuæ penetralibus habitant, nec vel minimo quidem realitatis gradu potiuntur. An ille ita mentis inops eſſe p ut ſerio credat, ſe pro ſublevandis pauperibus, vel pro dimendâ ſalute patris, filii, patriæ, principis, quorum tummodo umbras intuetur, et qui fortaſſe, præter um nihil omnino ſunt, ad projiciendas opes aut ad fund ſanguinem conſcientiæ legibus teneri? Ille mundum ſe lem totum in ſe gerit. Quare ergo vellet ſibi in animum ducere, ſe ex officio ad diſſolvendam integram hujusce m di compaginem, deſtruendo radicitus ſenſualitatis org ideo teneri, ut quibusdam ejusdem Machinæ partibus, q ſunt ipſi ſibi intrinſecæ, nec alium fortaſſe exteriùs exi modum ſortiuntur, non dicimus opituletur, ſed ut opi forte ſolum videatur? Igitur, poſito Kantianorum ſyſtem patet undequaque evidenter, non modo nullam eſſe naturalem, ſed etiam, etſi illa vere exiſteret, nullu perandi jus, nullam obligandi vim ipſi competere.

3. Adeo autem inexpugnabilis et undique munita quam hîc cauſam dicimus, ut, etiamſi utrumque verum fateremur, ex eo tamen nullatenus erui poſſet ſupremi minis exiſtentia. Nam, antecedenter ad hujus notitiam, lex naturalis vel non habet in ſe, quidquid neceſſe eſt, ut exec ni demandari poſſit, vel illud reverá poſſidet. Si prim ergo lex illa, ex naturâ ſuâ et independenter ab exiſten Dei, non vere obligat, cum juxta axioma, quod e intimis conſcientiæ viſceribus depromitur, ad impoſſibile n mo teneatur. Cujus conſequentiæ veritas cum manifeſte p teat, ad alterum dilemmatis membrum confugiatis neceſſe e At vero, ſi perſuaſum vobis eſſe oporteat, omnia legi natu rali ſubeſſe, quæ neceſſaria ſunt, ut illa, independenter a Deo, vel exiſtente, vel cognito, ſervari poſſit et debeat, quo

nam

Digitized by Google

jure freti illius exiſtentiam ex hâc neceſſario eruendam :ontenditis? In hâc enim hypotheſi lex naturalis civitati ım molibus et naturâ loci omnino inexpugnabili is eſt. Illa ſtat propriis viribus, nec aliunde partis opi- atque auxiliis indiget. Numquid ex ipſâ neceſſitatis ab- â neceſſitatem inferre vobis licet? Si quis hocce modo in quâvis quæſtione diſputare vellet, nonne ille contradic- a in contradictoriis oppoſitis inveſtigare videretur, et om- ı adſtantium cachinnos in ſe concitaret?

Nos quidem libenter vobis concedimus, fore, ut Lex na- ılis ſervari poſſet multo faciliús, ſi Deus reverâ exiſteret, et ımæ noſtræ tum liberæ, tum immortales creatæ fuiſſent. vero quid inde ſequitur? Nonne videtis, quam latum et ıenſum intervallum jaceat inter abſolutam ſervandæ legis poſſibilitatem et facilioris obſervantiæ defectum? Quare igi- ex hoc eruitis, quod ex illâ tantummodo eruere licet? ıid cenſetis de ſequenti argumento: ſi res ita ſe haberet, c eſſet facilius; Ergo res ita ſe habet? An conſequentia in tecedente includitur? Attamen ſimile eſt, quod in medium ofertis, argumentum. Nemo ſane dubitat, quin multo ciliús lex naturalis ſervari potuiſſet, ſi vis cupiditatum non nto impetu nec tam pertinaci luctamine virtuti obſiſteret. n velletis exinde concludere, nullas in cordibus noſtris cu- iditates ineſſe, quæ tali pervicaciâ ac furore contra virtutem bnitantur? Ergo Kantiani, dum legem naturalem ſine Deo ervari poſſe affirmant ſimul atque negant, evidenter ſibi con- radicunt. Præterea autem in eorum ſyſtemate nullam cog- noſci poſſe, et proinde nullam reverâ dari legem naturalem, nullamque eidem vim obligandi ineſſe jam demonſtravimus. Ergo argumentum, quod illi ex hoc fonte in gratiam exiſten- tiæ Dei hauriri poſſe confidebant, nullius pariter momenti eſt. At vero cætera, quibus hoc dogma aliorum omnium caput at- que princeps demonſtrari valet, Kantiani unanimi voce re-

jiciunt. Ergo demum eorum ſyſtema non ſolum im; Materialismi et Pyrronıſmi, ſed etiam Atheiſmi ſyſte et omnium moralium legum extinctio; atque ideo K licet involuntarius, ſed reverâ tamen ſecutus eſt veſtig noſæ, qui, dum ſupremi Numinis exiſtentiam adſtruer batur, illam vere et funditus deſtruebat.

Res, ut opinamur, eó deducta eſt, ut jam eviden teat, nullum ſupremum in Kantiano ſyſtemate nume ſtere. Idem autem poſſumus clariori et breviori argu demonſtrare. Volunt Kantiani ex morum diſciplinâ ex tiam Dei eruere. Verum quærimus ab eis, quisnam Deus. An ille eſt, qui a Chriſtianis gentibus ubique rum colitur? An ille eſt ea mens ſimplex et incompoſita, æterna eſt et immenſa, omniſciens atque omnipotens, me beata, bona, miſericors, juſta, ſancta, verax, imm bilis, infinitisque numero et gradu perfectionibus pr Hic eſt noſter ille Deus, nullum que alium agnoſcim vero Kantianis nunquam contingere poteſt, ut hujus tiam ſive ex Ethicæ viſceribus, ſive alio quolibet e fon riant. Nulla res enim ſtabiliri poteſt, niſi hujus idea tibus antea affulſerit. Hæc eſt prima conditio, quæ in nibus argumentis neceſſario requiritur. V.G. ſiquis, circum rentiam circuli fere ter majorem eſſe ejusdem diametro, dem ſtrare velit, inprimis neceſſe eſt, ut ille habeat ideam circ circumferentiæ, diametri et tertii numeri. Ergo Kant nihil in ſuis argumentis proficient, niſi antea noverint ſolum, quid ſit morum diſciplina, ſed etiam quid ſit m ſimplex et infinité perfecta, quid beatitudo, bonitas, m ſericordia, juſtitia, ſanctitas, ſapientia, veracitas, imm bilitas. Alioquin illi ſe haberent inſtar cujusdam cæci a tivitate, qui, etſi colorum idea ipſi nulla foret, vellet tan probare, hoc corpus eſſe album, illud autem rubrum. I cant ergo nobis Kantiani, ubi et unde ſimplicitatem, omn

ſci-

Digitized by Google

um et potentiam, cæterasque memoratas ſupremi numi-fectiones cognitas habuerint. Hæ voces profecto nullum i mentibus ſenſum exhibere poſſunt. Hæc omnia, rela-d eos, ſunt = X, quia videlicet illa nec in tempore, ſpatio continentur. Quidquid autem ſub alteriusutri-mâ contentum eſſe non videtur, illud eſt = X, id eſt, prorſùs incognitum. Ergo ſupremi numinis idea Kan-nulla eſt. Ergo ejus exiſtentiam nullius cujuslibet ar-nti genere ſtabilire poſſunt. Quisnam eſſet iſte Deus, ex communi et unico humanæ cognitionis promptua-nempe e puro tempore puroque ſpatio Kantiani educere nt? Ille profecto nullus foret alius, quam ipſum tem-et ſpatium. In his enim duobus nihil eſſe poteſt, quod triusque naturâ abhorreat. Ergo vel Deus Kantianis ıs eſt, vel ille eſt purum tempus et purum ſpatium. Idem dum de eſt de Ethicâ. At vero manifeſte et jam multo-probavimus purum tempus et purum ſpatium nullo modo e exiſtere. Ergo demum, ſi Kantianorum principiis fi-adhiberi oporteat, nullus eſt Deus, nulla eſt etiam mo-diſciplina. Hæc ſi demonſtrata non ſint, rogamus Phi-phos, ut dicant nobis, in quo demonſtrationis natura iſtere poſſit.

Exiſtimatis, Domini Profeſſores, (nunc enim, cæteris tianis omiſſis, vos alloquendi tempus eſt), exiſtimatis vos ſe jam amplius, ſalvis conſcientiæ et honoris legibus, tale tam impium ſyſtema, non dicimus publicis, ſed etiam vatis ædibus docere? Certe plerique veſtrûm tot et tam le-feris malorum venenis illud eſſe imbutum non ſuſpicati erant. Nunc impíetatem unusquisque videt. Quid igitur es, quid ipſi diſcipuli ſentirent de vobis, ſi peſſimæ hu-Philoſophiæ documenta ulterius perſequi auderetis? Non-minus præceptores haberemini, quam publici et in ſcelere prehenſi corruptores juventutis? Ne quis enim ſperet, fore, ut

ut in poſterum innatis Kantiani ſyſtematis fœditatibus ſum veritatis atque eruditæ virtutis velum poſſit præt Hoc enim velamen Kantianorum manibus excidit, et i fruſta, ni fallimur, jam a nobis dilaniatum eſt. Nu monſtri facies nuda patet omnium oculis. Hujus pr cuncta teterrimi Religionis et ſocietatis hoſtis d menta, non ſolum magiſtri, ſed etiam Philoſophiæ ca jam intueri poſſunt.

Nolite exiſtimare, Domini Profeſſores, quod n vidiæ vel odii cauſâ palam adverſus veſtra documenta obluctari voluerimus. Quidquid enim egimus, id no tum præſtitimus, tum ut illatas Religioni, bonis mo ac veræ Philoſophiæ injurias repellere, tum ut læſa Reg Principum et totius ſocietatis jura defendere, tum ut pa libus in re graviſſimâ officiis defungi poſſemus. Vide publicos fontes, unde ſelectiſſima civitatum noſtrarum tus aquas quotidie ſecura hauriebat, veneno corrump quid tacere licuit? Nonne paſtores decebat exclamare: vete, juvenes, ne ſimul cum aquis mortem ebibatis? V bamus peſſima incredulorum principia ſub permeabili ſc tiarum et virtutis velo male abſcondita, non modo imp ſed maximò plauſu in ſcholis publicis doceri, atque inde cæteros ſocietatis ordines divagari. Quid Religio, quid vel humanitas a nobis requirebant? Nonne ſilentium inſtar leris fuiſſet? Sane, quó acrius urgebat periculum, eó al voce nobis inclamandum erat. Non vos impietatis inſim lamus. Abſit a nobis tale convicium. Sed, quæ hacte bona fide docuiſtis, hæc ulterius absque manifeſto ſcelere d cere non poteſtis. Nos quidem totis præcordiis optabam ut hic liber ad vos, longe ante reditum in ſcholas, per nire potuiſſet. Verum ille nondum abſolutus erat. E periculoſam Kantii Philoſopiam rurſus legere jam inceperiti non idcirco tamen cauſa eſt, cur non ab inceptis deſiſtere ſt

tim

properetis. Ut enim impietatis, materialismi, ſcepticis Atheismi et everſionis totius ethicæ principia per pluri- annos tradere non licet, ſic eadem per unius anni curri- um docere nefas eſt.

Valete.

F. M. P. L. P. T. C. C. P. membrum Academiæ ſcientia- n, artium et litterarum *. Parochorum Secretarius.

Videte, ne quis vos decipiat per Philoſophiam et ina- m fallaciam. Coloſſ. c. 2. v. 8.

Epi-

Digitized by Google

Epiſtola ſecunda ad Kantiano[s]

Quam falſa ſit Kantiana Philoſophia.

O beatam, quâ nunc vivimus, ætatem! Quam illa po-tentis ingenii ſerax eſt! Quot enim nova, quot hac-nûs in terris inaudita, paucis abhinc annis, oculos noſtros percu-lerunt miracula! Remis audacibus æquora cœli ſulcantes, et poſitam longe ſub pedibus humum vix deſpicere dignantes Icarios Nautas mirabundi et quaſi ſtupentes vidimus. At vero quid eſt, cur hâc in re Germania Galliis tantopere invideat? Illa enim mater eſt cujusdam Philoſophi, qui nec parva na-vigia, nec civitatem huic urbi ſimilem, quæ in aere olim a Platone condita eſt, ſed molem longe ampliorem in nubibus pendulam ſtatuit. Rideant, ſi ipſis libeat, recentiores no-ſtri Ariſtophanes. Non idcirco tamen hoc minus verum eſt. Kantius enim integrum mundum, cujus ipſe conditor eſt, in ſpatio, non pleno, nec etiam inani, (hoc enim nimis ſo-lidum, atque adeo mirandum minus eſſet,) ſed in puro pen-dentem poſuit. Nihil ſane tali ſpatio levius. Hîc tamen re-

perias,

as, non ſolum aſtra, ſolem, lunam, imperia, civita-
plantas et arbores, hominum et animalium corpora,
etiam omnium mortalium animas, quas illud ſpatium
tile et vacuum adeo penetrat et invadit, ut illæ in hujus
mam convertantur.] Illud enim conſtituit formas rece-
itatum omnium, quæ ſunt his in terris, ſicut ejus co-
s purum tempus (purum, inquimus; nam in Kantiani
ndi ſyſtemate omnia pura ſunt,) cunctarum Sponta-
tatum formas condit et perficit. In hoc immenſo
iusque oceano, omnia Phœnomena natant, ſicut in
ari piſces. Nullius enim rei nobis eſſe conſcii poſſumus,
i ea unius vel alterius figuram induat, ac proinde, cum
iicuique noſtrûm certo conſtiterit, nobis eſſe animas, quæ
gitant, volunt, et alternis vicibus modo gaudii vel
œroris, modo voluptatis vel doloris, modo dilectionis vel
lii ſenſus experiuntur, neceſſe eſt, ut hæc omnia ſpatii vel
mporis (quod quidem unum et idem eſt) coloribus depi-
a nobis innoteſcant. Alioquin de variis hiſce modificatio-
bus nihil compertum nobis eſſe poſſet. Sed neſcimus, quo
olore purum tempus et ſpatium veſtiantur. Neutrum us-
uam vidimus. Verum a Kantianis didicimus, neutrum eſſe,
el hoc, vel illud in ſpecie, ſed utrumque eſſe tempus et
patium abſtractive et in genere ſumptum. At vero quid hoc
ſt? Nulla res abſtractive et generatim exiſtere poteſt. Nam,
uxta auxioma, ſolis ſingularibus exiſtentia competit; V. G.
irculus vel quadratum in abſtracto et genere exiſtere neque-
nt. Unde fit igitur, ut purum ſpatium Receptivitatis et
empus ſimiliter purum Spontaneitatis formas conſtituant?
Hinc manifeſto patet, non immeritas laudes Kantio a nobis
tributas fuiſſe, et machinam ab eo conditam Platonicæ civi-
tati longe præcellere. Illa enim non in Ariſtophanicis nu-
bibus, ſed in mero nihilo propriis viribus ſuſpenſa omnium
adſtantium oculis cernitur. Quod quidem artis miraculum in-

ter

ter cætera, quibus ætas noſtra gloriatur, in omnibus vere tianis cerebris jure ac merito primas obtinebit. Ve enim vero hæc ſunt tantummodo quaſi ludentis Kantii digia. Vix enim ille ſcenam ingreſſus eſt. Expectemus liſper, divus Thaumaturgus plura pollicetur.

Quæ priusquam fuſiús enarremus, ſinite, Domini K tiani, ut ad vos ſupplicia vota dirigamus. Nos quidem Receptivitate, Spontaneitate et earum formis jam nonn vidimus. Sed, cum præſtantiſſima hæc utraque facultas fons duplex et geminus, unde omnia veri flumina ad me tes hominum perveniunt, maxima nos tenet illas accurat cognoſcendi eupiditas. Cujus rei aſſequendæ cauſâ, ad qu niſi ad vos, Domini Kantiani, quibus omnina ſyſtematis ſtri myſteria profecto nota ſunt, confugere licebit?

Ubi primum auribus noſtris Receptivitatis nomen nuit, (hoc enim, ne quid diſſimulemus, fatebimur) maligna quædam tentavit animos ſuſpicio. Tunc enim nam, mutato nomine, videre, et ſolares radios, quos in gremium ſuum, velut in vas recipiens, introire pati agnoſcere videbamur abſconditos ſub larvâ illius varii et tiplicis, quod reale eſt, extenſum et partibus extra ſe poſi conſtans, quodque veniens ab extra receptivitatem anim ingreditur. Præterea nos veſtrum parvulum quidem, ſed pr potentem Vulcanum, quem Spontaneitatis nomine vocatis, in nervo optico, velut in anguſto quodam Æthna reconditum et præclara artis ſuæ ſpecimina cudentem aſpicere animo fin gebamus. Verum hæc iſta tam maligné excogitata ſunt, ut etſi vera forent, vos tamen ea palam confiteri minime dece ret. Tunc enim objectum a nobis in ſuperiori Epiſtolâ cri men materialiſmi ratum haberetis. Attamen, ſi res ita eſſe intelligeremus fortaſſe, quomodo, anatomicis ſcalpris et phy ſicis experimentis opitulantibus, objectivam receptivitatis et ſpontaneitatis, quas noſcere volumus, imaginem nobis ex hibere

ere poſſetis. Nam ſubjectiva veritas, utpote quæ nunquam otefcere poteſt, explendæ cupiditati noſtræ omnino impar . Nemo enim, præter Kantianos, receptivitatis et ſpon- ıeitatis præſentiam in animâ ſuâ hactenus ſentire potuit. o, quanta fuerit noſtra ignorantia, humiles fatemur. Utri- que animarum noſtrarum facultatis nomen, ante paucos nos, plerorumque Germaniæ Parochorum aures nondum igerat.

At vero eó ſatius eſt hæc prudentis ſilentii velo obtegere, ıod, etſi res ita ſe haberet, non ideo tamen anxia mens oſtra prorſús quieſceret. Nam ope nervi optici depictæ ima- ines ſubtilibus, ut ita loquamur, penicilli punctis exprimun- ır. Illæ, ut fert anguſtia loci, minimæ ſunt, et transverſis edibus in experimentis apparent. Quæ quidem minuta ope- ı Vulcanus veſter, tantus ille Deus, vix primis digitis ali- uando dignatur attingere. Vulgo enim ingentes ſtatuæ Di- inis é manibus excidunt. Ille innumeris ſtellis conſtrata cæ- orum ſpatia, altiſſimos montes, campos que villis, ſaltibus, nagnis armentorum gregibus et copioſis omni genere fru- nenti ſegetibus conſperſos oculis exhibet. Ille, ſi pingat ho- mines, non eos transverſo capite, ſed rectis pedibus inceden- es adumbrat. Quamobrem hîc incerti et dubii hæremus. Ut enim in transverſis recta, ſic in parvis magna videri neque- unt. Plurima quidem germanica milliaria, imo totam ter- rarum amplitudinem in breviſſimis Geographorum chartis in- ſpicimus. Hæc autem non ſenſus, ſed ſolus intellectus per- cipit. Hæc reverâ non videntur, ſed e conventis et pactis principiis, velut conſectaria, eruuntur. Quibus de cauſis, ſi quid affirmare liceret, concluderemus, phyſicas ſolaribus ra- diis in nervo optico procreatas imagines toto cœlo diſtare ab eis, quæ tam mirâ arte Spontaneitatis malleolis fabrefiunt. Præterea vix intelligimus, quo meatu, quibusve rimulis ſo- lares radii, aut quævis alia realis et partibus extra ſe poſitis

con-

conſtans materia animum reverâ ſubire atque ingredi val Animus nunquam nobis vas quoddam recipiens eſſe viſu

Dicite ergo nobis, Domini Kantiani, quid ſit ſa hæc Receptivitas, quid hujus ingenioſa et ſolertiſſima co Spontaneitas. Utramque propriâ ſibi formâ jam pridem liavimus, nempe ſpatio et tempore abſtractive et genera ſumptis, quæ nusquam extitiſſe, nec exiſtere poſſe prob mus. Quo ſemel patrato ſcelere, nos ſane neſcimus, q modo unam et alteram amplius noſcere liceat. Res enim ne propriâ ſibi formâ non poteſt exiſtere. Quod autem n exiſtit, illud mehercule nulla mentis acies, nullusque corp ris oculus attingere poſſunt.

Vos præterea dicitis, a formâ Receptivitatis dari exte ſionem omnibus ſenſualitatis noſtræ Phœnomenis, ſicut a fo mâ Spontaneitatis dantur attributa omnibus, quæ ſive ſe ſualitatis, ſive rationis ope nobis innoteſcunt. Sed nemo d quod non habet. Nihil, niſi in abſtracto et genere u facultas poſſidet. Nihil ergo aliud in objecta tum ſenſua tis, tum rationis refundere poteſt. Quibus profecto largitio nibus munificentiam ſuam ſine proprio et alieno detrimen unicuique licet in lucem prodere; Poſſumus, V. G. omne in abſtracto et genere theſauros Pèruvii amicis noſtris Kan tianis tribuere, nec ideo ſane injuriam ſibi a nobis illatam fu iſſe Rex Hiſpaniarum quereretur.

En ſunt, Domini Kantiani, ſcrupuli, qui pavidam et indoctam noſtram Philoſophiam remordent et angunt. Rogamus vos atque ôbteſtamur, ut eos doctiſſimis veſtris reſponſis vel omnino tollere, vel, ſi hoc fieri nequit, ſaltem tantillum minuere et lenire velitis. Sane repulſam pati non debemus. Hoc enim communibus Kantianæ Reipublicæ utilitatibus eſſet contrarium. Scilicet tyrones cuncti norunt, Receptivitatem et Spontaneitatem geminam eſſe columnam, in quâ totius ſyſtematis compages innixa recumbit. Illi iidem

n ſciunt, impoſſibile eſſe, ſine utriusque formis, quidam certi cognoſcere, atque tot et tantis laudibus celebran ſynthesin *a priori* his potiſſimum compingi. Quid fu:æ Kantianæ ſobolis hæc ſpes egregia ſentiet, ſi graviſſimis quidem ſupplicum more propoſitis quæſtionibus vos nihil ſpondiſſe viderit? Nonne timendum eſt, ne eadem brevi in ıale conſultos et impios adverſus divinum veſtrum ſyſtema ıchinnos erumpat?

Licetne aliud dubium vobis proponere? Nos quidem tiıemus, ne quid moleſtiæ et iracundiæ hæc importuna mens noſtræ anxietas fortaſſe vobis afferat. Verum ea eſt nois diſcendi cupiditas, ut hujus explendæ cauſâ nihil intentaum relinqui oporteat. Catholicus quidam Helvetius olim, ıt perhibent, pœnitentiæ tribunal adiit, factäque exomolo;eſi, et abſolutione receptâ, diſceſſit. Brevi autem poſtea reerſus, pater, inquit, confitenti mihi peccatum quoddam nemoriâ excidit. Quod quidem, etſi leve et fere nihil ſit, ellem tibi tamen prius aperire, quam ſacram ſynaxim ex:ipiam. Si ſcrupulus eſt, retulit Presbyter, ulteriori con:eſſione non opus eſt. Vade ad altare — Rogo nihilomiıus, inquit pœnitens, ut per te mihi liceat confiteri — Dic ergo, ſi libeat — Pater! non ego credidi, Deum exiſtere. Hoc unum oblitus eram.

Quem volumus vobis, Domini Kantiani, exhibere, ſcrupulus ejusdem ferme generis eſt. Ut plerique Athei nihil aliud admittunt, præter materiam et motum, quorum utrumque, juxta eſſentiam, in unum recidit, nempe in motam et moventem materiam, quarum una paſſiva eſt, altera autem activa; ſic Kantiani nihil norunt omnino, præter purum ſpatium et tempus, quæ, quoad eſſentiam, ejusdem naturæ ſunt, nihilque a materiâ et motu diſcrepare videntur. Nam, veluti illa, ſpatium purum eſt extenſum, diviſibile, paſſivum, cunctisque excipiendis motûs impulſibus obnoxium

um. Tempus autem purum aliud extenſionis genus el utpote conſtituens formam Spontaneitatis, cui ſoli vis rum ſpatium agendi, illudque movendi competit, n nús a vi motrice diſtingui et ſecerni poteſt. Præterea, rique Athei mundum e materiâ et motu, ſine cujusqu minis auxilio, perfectum fuiſſe affirmant; ſic Kantiani dum ſenſibilem, præter quem nullum alium cognoſcu ſolâ formâ Receptivitatis, id eſt, ex extenſo ſpatio, et mâ Spontaneitatis, id eſt, e puro tempore, ſeu vi m conſtitui atque ordinari, ſine ullo ſaltem cognito nu contendunt. Athei nullum inter extenſionem et anim ſcrimen inſtituunt. Kantiani ſimiliter animas juxta fab eorum anteſignani ordinatas ſola extenſione com fateri coguntur. Demum Athei, vel æternitatem mund pugnant, vel eum ex atomis et motu ortum fuiſſe co dunt. Kantiani neſciunt, an mundus ſit æternus. Ive interea illum quotidie Spontaneitatis, id eſt, facultatis et motricis manibus ex atomis puri ſpatii rurſús comp perfici affirmant.

Optime quidem novimus, Domini Kantiani, vos n eſſe Atheos. Nulla profecto inter nos hâc de re quæſtio tur. At vero tantiſper metuimus, ne fraterna quædam, n inter perſonas, ſed inter principia Atheorum et Kantianor ſocietas intercedat. Fatemur quidem ſpatium purum et te pus ſimiliter purum nunquam extitiſſe. Veruntamen Ka tium Receptivitatis et Spontaneitatis formas e mero nihilo co flare voluiſſe vix intelligimus. Nullo modo dubitamus, q haſce difficultates optime ſolvere poſſitis. Rogamus er vos, atque iterum obſecramur, ut eas diluere velitis. vero nihil proficimus. Surdas precibus aures opponitis. Pr fani et indigni, quibus Salomonum Germaniæ ſapienti atque oracula excipiendi honos tribuatur, omnino e a vobis judicamur. Quid ergo faciemus? Nihil niſi bona p

malis

retribuere volumus. Hujus enim contumeliæ, licet m graviſſimæ, immemores pergemus noſtras in laudem i et Kantianorum omnium cantilenas modulari.

Salvete Kantiani, quibus a Kantio datum eſt, innumeras i proprietates et diverſitates non ſolum mentis oculis, ſed n corporis attingere. Ουτωσ οντα, id eſt entia realiter exi- tia nemini mortalium, juxta vos, cognoſcere licet. Id lem nobis a naturâ conceſſum eſt, ut eorum imagines in- ere valeamus. Verum iſtæ imagines nihil in ſe realis om- ɔ continent. Nam poſitum a vobis principium ſic gene- : eſt, ut nullam conditionem vel exceptionem patiatur, icet nihil, quod realiter exiſtat, poſſe a nobis cognoſci. ɔs quidem contenditis, realem et externam quandam ma- iam in imaginibus involvi. Sed hæc materia, quæ ideo um in animas a Kantio advecta fuiſſe videtur, ut illæ ſim- citatem ſuam prorſus amitterent, ita eſt ſenſualitati noſtræ tranea et cognitionibus noſtrarum mentium impervia, ut ributa ſeu naturam imaginum nullatenús conſtituat. Nam rmæ Receptivitatis et Spontaneitatis ſunt attributa Phœnome- ɔrum omnium, quæ nobis innoteſcunt. Cum autem utra- ıe e ſpatio et tempore in abſtracto et genere ſpectatis et con- quenter cuilibet conſequendæ exiſtentiæ imparibus conſtite- t, inde patet attributa, quæ in ſingula Phænomenorum ıembra formæ receptivitatis et ſpontaneitatis dividunt, me- ıs eſſe apparentias, quæ nullam realem et proprie dictam xiſtentiam ſortiuntur.

Salvete ergo iterum, Kantiani; quibus a naturâ et a Kantio nihilum intueri permiſſum eſt. Jactet ſe et inani faſtu :umeat ille Alexander Aſiæ et Indiarum domitor. Partos a ſe triumphos laudibus et ſcriptis extollat ille Cæſar, qui magnam Europæ, Aſiæ et Africæ partem victor armis ſube- git. Gaudeat et exultet, quantum libuerit, ille etiam Co- lumbus, qui alter pœne mundi creator habitus eſt, quod

novi

novi orbis inventi gloriam neſcimus quícum Americo j
fuerit. Quis circumſcriptas horum inventiones aut vi
cum veſtris conferre audeat? Id enim illis contigit, quo
nulli alii, ſaltem ex parte, antea præſtiterant. Vos
immenſum et omnium hactenus mortalium oculis ign
imperium doctis veſtris laboribus non modo revelaſtis
etiam vobis peculiare et proprium omnino effeciſtis.
quidem imperium, etſi modeſtiſſimo Nihili nomine voc
non ideo minus magnum eſt, nec levibus fulget mira
Ibi enim innumeræ nihilorum ſpecies occurrunt. Hanc
cem in plurali numero ſi audeamus aſſumere, condo
Domini Kantiani. Nam Romanis, qui ſe nondum prof
ad ſublimis doctrinæ veſtræ faſtigium erexerant, unum d
taxat nihili genus notum erat. Dicimus igitur innumera
hilorum tribus et ſpecies quotidie in hâc veſtrâ novâ di
oculis veſtris occurrere. Hîc alba vel nigra, illîc vir
rubra vel cujusvis aliûs coloris nihila obviam prodeu
rotunda ſunt vel quadrata, alia recta vel obliqua, a
ventur, quieſcunt alia. Sunt, quæ horridas urſorum, leon
et tigridum figuras induunt. At vero etiam aliquando in
nias, quæ Principes, Reges, imo, quod quidem fortaſſe ma
jus eſt, doctiſſimos Kantianæ Scholæ Philoſophos ſimili
ne referant. Hîc videre eſt, capreas et lepores omni re
cuos per ſylvas et campos non magis realitate plenos velo
greſſu fugientes, dum aliud nihilum venatoris nomine voc
tum illos cum canibus et armis inſequitur. Quot et qu
lepidos in riſus erumpitis, quando Rex ſe vero ſolio inſid
re, verosque in cives imperium tenere exiſtimans a vobis c
nitur! Ut illum ſimilem dicitis huic Athenienſi pauperrim
qui, cum mente captus eſſet, onuſtas divitiis naves, qu
quot ad Pyrræum appellebant, omnes eſſe ſuas dictitabat! Ap
anteceſſores veſtros Philoſophos nullas nihilo proprietates
eſſe pro certo habebatur. Vos irruentes cum lucis exundant
flumi-

Digitized by Google

ıine in eorum evidentiæ rivulos, omnia rerum attributa uni competere demonſtraviſtis. Illi animo ſibi finxe-, videre nihilum perinde eſſe, ac nihil omnino videre. um, ut ad cæcos non pertinet de coloribus judicare, ſic in hun : abſurdiſſimum errorem ideo ſolum, quia cæci nati at, di apſos fuiſſe evidenter probaviſtis. Ex his quidem ıutiſſimis Philoſophis plerique non minus, ac Kantiani, yſica corpora, ut in ſe ſunt, videri non poſſe fatebantur. l alii ad extenſionem intelligibilem, ut Malebranchius, alii tem ad ſpecies reales et a Deo creatas confugiebant. Non-lli, inter quos Carteſius et Barklæus, ut nullam hâc in re ıinionem negabant, ſic nullam præ cæteris admittebant. emo autem hactenus, ſi ſcepticos excipias, affirmare auſus at, nihilum a nobis videri, quando res ſenſibiles oculis vel ente percipimus. At vero veſtra lyncea vis oculorum, di-ıſſis priſtinorum errorum tenebris, ad vaſtiſſimas nihili re-ones penetrare, et immenſas in iisdem tamdiu reconditas pes demum reſerare potuit. Sic eſt, Domini Kantiani, ſic ſt, veſtra ſcientia ad nihili usque profunditates ipſa profun-ior deſcendit. O ter quaterque beatos Philoſophos, quibus ma parens natura tam benigno et amico ore ſubridere dig-ata eſt! At vero timemus, ne noſtra hæc præconia, quæ ta-ıen, ut videtis, e puris et nitidis cordibus, quaſi ſuâ ſponte, ıuunt, in ludibria a vobis male convertantur. Vultis ergo ıihili principium deſerere? Nulla per nos mora eſt. Vobis annuere, ſeu potius mandata veſtra capeſſere fas erit ſemper nobis et jucundum. Sinamus igitur, ut pauliſper dormiat tot et tantis fœtum miraculis nihili Principium. Non ideo minus locuples ſupererit laudes veſtras canendi copia atque materies.

Salvete, præſtantiſſimi Pictores et omnium mortalium admiratione digniſſimi. Non jam amplius ſimulatas (hoc enim, ne a tritâ viâ longius declinare videamini, nunc ſup-

E pone-

ponere volumus) non jam ergo amplius ſimulatas nec nihilo, ſed re et verâ exiſtentiâ plenas imagines pi Eaque eſt innata vobis ſolertia, ut, licet hanc egregiam nullo magiſtro nulloque labore dídiceritis, berrimis tamen Græciæ atque Italiæ pictoribus longe pr latis. Quid Apelles. quid Raphael, quid Michael An præ vobis ducendi ſunt? Scilicet non minus veræ ſunt ac les, ſed multo ſolertiori arte conduntur veſtræ imagines. ſtras dicimus. Caveat enim unusquisque, ne male do judicet, vel etiam ſuſpicetur, ſedere in animis veſtris occu et peritiſſimum quemdam pictorem, qui præclara hæc a ſpecimina veſtro nomine elaboret. Res ſane non ita eſt. V ſoli authores, vos totius rei ſoli eſtis artifices. Veſtra ne pe Spontaneitas, quæ, cum ſit animæ veſtræ facultas, ni a vobis diſcrepat, hæc omnia condit miracula. Quam incredibilis, quam ſtupenda in movendis digitis celer copernica tellus tantâ velocitate movetur. Spontanei poteſt, vel breviſſimo momento, ingentes figuras cœli merabili ſtellarum exercitu radiantis, et terræ frugiferis conſperſæ in lucem prodere. Illa autem in elucubrandis operibus omnes ſymetriæ et ordinis leges tam accurate ſerva tas exhibet, ut hæc a quodam numine ſapientiſſimo ſimul e potentiſſimo facta fuiſſe credideris. Attamen, quod quidem ſane adhúc magis mirandum eſt, veſtra Spontaneitas, veſtra, inquimus, (noſtra enim non ejusdem eſt ſolertiæ) hæc omnia quaſi dormiens perficit. Nos ignarum et conſumendis frugibus fruſtra natum pecus riſiſſemus antea, ſi quis Apellem vel alium pictorem egregium cœcos eſſe natos, atque, nullo dato lucis intervallo, in hâc cæcitatis nocte ad extremum us que vitæ diem jacuiſſe bonâ fide credidiſſet. Quin imo exi ſtimabamus, mundum ab ipſomet Deo, licet ille ſit omni potens, nunquam creari potuiſſe, niſi hujus exemplar et Ar chetypum inter innumerabiles rerum eſſentias, quas eminenti

gradu

a in ſubſtantiâ ſuâ infinitâ complectitur, diſtinctum et
oculis poſitum ante cognoviſſet. Quæ quidem ſomnia
ſomniabamus propter vetus adagium: *ignoti nulla cupi-*
Sed adverſus facta quid valet ipſamet ratio? Quam va-
i ſit et agreſte iſtud adagium veſtra Spontaneitas hodie
iprobat. Illa enim conditarum a ſe imaginum, id eſt,
us mundi ſenſibilis, nullum præ oculis antea exemplar
uit. Nam conſtat apud vos, quibus rem ita ſe habere
ime notum eſt, 1. omnes in mentibus pictas imagines
ontaneitatis manibus perfici; 2. Nihil, niſi ope imagi-
n animis veſtris innoteſcere poſſe. Ergo nullum prævium
mplar ſub oculis poſitum habuit nec habere potuit Spon-
eitas veſtra, quando et quoties in mentibus aliquid adum-
t. Illud enim exemplar nullo modo niſi per alias a ſe
iter ſabrefactas imagines cognoſcere potuiſſet. Quapro-
r ad primævas poſterioribus omnino ſimiles, quas nullo
habito exemplari et clauſis oculis condidiſſet, ſemper re-
rrere teneremur. Ergo quòd Deus ipſe non poteſt, illud
ontaneitas veſtra, quæ nihil a vobis diſcrepat, aſſequitur.
m autem nullus alius orbis, quam qui ex imaginibus, qua-
m vos ſoli eſtis artifices, coaleſcit, vobis ſit cognitus, in-
manifeſte ſequitur, eundem hunc orbem pulcherrimum
n a Deo, ſed a vobis ſolis conditum fuiſſe. Ergo tan-
m dicendum nobis eſt: *Vos Dii eſtis, et filii excelſi omnes.*

Stultus quidam in communi inſanorum hoſpitio capti-
us, nullis autem vinculis conſtrictus olim tenebatur. Ille,
um ſe viris peregrinis hoſpitii viſendi cupidis ducem viæ at-
que monitorem urbane et comiter obtuliſſet, ſingula ſtultitiæ
genera, quibus quisque inſanorum laborabat, tanto ingenii
acumine, tamque vivis et nativis imaginibus adumbravit, ut
peregrini, cur ille cum cæteris incluſus fuiſſet, intelligere non
poſſent. Peragratis autem cæteris omnibus cellulis, ad ulti-
mam tandem perventum eſt. Tunc ille: „en, inquit, om-

 „nium

„ nium ſtultorum ſtultiſſimus. Hic enim Verbum æt
„ ſe eſſe ſomniat. Quod quidem profecto ſummus eſt
„ ſtultitiæ. Nam mihi, qui ſum Pater æternus, notiſ
„ time et compertum plane eſſet, an ego talem filiu
„ nuiſſem.“

Reſtituitur ſublata a Kantio et abordine mundi deſumpta in gratiam exiſtentiæ Dei probatio.

Nonne Kantiani tantillum de hoc morbo ſtaverunt? An vos, eruditiſſimi *Germaniæ* ſtræ Philoſophi, latere potuit Kantium non fuiſſe, qui corpora, ut illa *in* ſe ſunt, videri poſſe exiſtimaverit, ſed *præſtantiſſimos* pr omnes Philoſophos, qui decentis *circiter* ab annis floruerunt, in eandem ſententiam conveniſſe? cum vellent ſupremi numinis exiſtentiam *ex ordine* mundi eruere, illi profecto loquebantur de orbe, non qualis intus ille eſt, et prout a nemine unquam *viſus fuit*, ſed qualis ſe ſenſibus manifeſtum exhibet. *Quomodo* fieri potuit, ut vis argumentorum, quibus *rem ad* digito demonſtraverunt, nihil apud vos hactenùs valeat. Kantius enim ipſe hoc argumenti genus, non ſolum ex omnibus vetuſtiſſimum, ſed etiam perſuadendis *mortalibus aptiſ*mum eſſe confeſſus eſt. An ille ſe unum ſapientiâ cunctis ſapientibus, omnibusque terrarum populis præcellere arbitratur? Nos profecto miſeret ſuperbiæ horumce *hominum*, qui ſupra cæteros mortales dum ſe volunt extollere, infra omnes reverâ ſeipſos deprimunt. Quis enim ſtultus eſt? Ille, qui communi ſenſu caret. Quis autem caret hoc ſenſu? Ille, qui ſolus cogitat, ideſt, qui damnatas ab univerſo *hominum* genere opiniones ſolus propugnare non dubitat. Nam impoſſibile prorſus eſſe videtur, ut, quod ab origine mundi, non modo creditum eſt, ſed etiam ab omnibus *populis ſedulo* examinatum et perpenſum fuit, illud erroneum et falſum fuiſſe ab uno duntaxat homine demonſtretur, et ſic a cunctis

men-

Digitized by Google

ıtibus exul humana ratio in caput unius Philoſophi, poſt annorum millia, tandem confugerit.

Nolumus præclara, quæ cælum ſenſibus exhibet, ſpe-:ula, ſolem, lunam, innumerabiles radiantium ſtellarum planetarum cohortes in memoriam vobis revocare. Quis ſibilem (*hîc* enim non de rebus, ut in ſe ſunt, ſed de is apparentiis loquimur) quis ſenſibilem tot ſiderum ful-rem, vim motuum rapidiſſimam et æqualem, perpetuos rſus et recurſus, ſemperque renaſcentes et iisdem legibus nſtanter obnoxias viciſſitudines fixis oculis et attentâ mente tueri poteſt, quin ſtupendis hiſce phœnomenis, ſin minus eatorem, at certe ordinatorem potentiſſimum et ſapientiſ-mum præfuiſſe fateatur? Nemo ſuperba Regum palatia vel ıagnificam ſancti Petri Romæ baſilicam proſpiciens, bonâ fide ıquam crédidit, hæc, (ſi forte extra nos exiſtant) condita im fuiſſe ab inſanâ et cæcâ manu artificum, quorum in-uſtria occaſionalis cauſa fuit, cur hæc rerum ſpectacula at-ue imagines ſenſibus noſtris occurrant. (a) Quomodo gitur eó ſtultitiæ devenire potuerunt Kantiani, ut exiſtima-erint longe ampliora et pulchriora cœli phœnomena condita uiſſe labore atque induſtriâ ſpontaneitatum, quarum per-etuam atque omnimodam cæcitatem probavimus? Quæ quidem miracula nec ſemel et quaſi fortuito caſu, nec in uno loco, nec ſub oculis unius duntaxat hominis patrantur. Sed illa, ſingulis diebus et momentis, ubique terrarum et coram omnibus mortalibus, eadem et eodem modo renaſ-cuntur. Quis talem tamque ſtupendum ordinem inſtituit? Quomodo innumerabilis Spontaneitatum populus, quarum unaquæque non minus ſibi, quam cæteris aliis ſpontaneitati-bus ignota eſt, convenire in unum ſic accuraté potuit, ut omnes et ſingulæ idem artificii genus easdemque juxta leges

(a) poſtea probabimus omnia mundi ſenſibilis phœnomena non intra, ſed extra ani-marum noſtrarum limites conſiſtere.

leges ſemper dirigant atque perficiant? Quomodo ca
et prorſus amens natio tot organica hominum, quadrup
reptilium, piſcium et volucrum corpora ſic omnia del
potuit, ut, ſi hæc a ſummo vertice uſque ad plantas in
partes diviſeris, tot et ſimilia membra in unâ parte,
in alterâ, tot ad dexteram, quot ad ſiniſtram, non ſ
exteriùs, ſed etiam interiùs reperias? Quomodo ſingula
nium hominum ſpontaneitates tam unanimi conſenſu,
que conſtantiâ atque ſolertiâ renovare poſſunt memora
perfectæ ſymetriæ prodigium in floribus et foliis plantar
imo in plerisque ramis arborum, quæ videntur in ſeri
terrarum orbe procreari? Niſi Kantiani prima principia
viſſent, nonne hîc ſummi et conſultiſſimi artificis ma
agnoſcerent? Nonne hujus potentia et ſapientia in to
tam mirâ arte perfectis operibus elucent? Nonne, quæ
iis apparet, conſilii unitas ejusdem opificis unitatem ma-
feſtiſſime declarat? Qui ſenſibilis ſolis diſtantiam
ſic temperare viſus eſt, ut hujus radii non modo
hominum et perexiguorum ipſorum animalium oculis
noceant, ſed e contrario illos illuminare, corpora fov
tepefactaque in telluris ſinu omnium frugum ſemina ex
care et nutrire videantur, nonne idem ille eſt, qui
ſole et ſtellis pariter hominum, animalium et frugum c
pora, prout hæc omnia ſenſibus apparent, condidit? Q
varia humanorum corporum membra tam eleganti ſtructu
ſimul adunavit, an ille alius eſſe poteſt, quam qui corpor
bus tam miro et arcto nexu conjunctas animas creavit
effecit? Ergo ille præſtantiſſimus artifex eſt cauſa univerſal
ſuprema, intelligens, ſapiens, præpotens, immenſa, ſi
gulis et omnibus ſenſibilis mundi partibus præſens, ſeu p
tius ejusdem mundi ſola Regina, ſola inſtitutrix, ordinatr
atque gubernatrix.

Quid

Digitized by Google

Quid vobis, Domini Kantiani, quid adverſus tam per-
um tamque ineluctabile argumentum licet opponere?
tisne nullius rei cauſam poſſe a nobis cognoſci? Quis
n ita cæcus, ſeu potius quis ita ſtultus eſt, ut hîc ſapi-
ſimam et potentiſſimam cauſam non agnoſcat? Nullius
cauſa nota eſt! Nos quidem fatemur hoc ſane eſſe verum
et evidens, ſi pro certis habenda ſint Lokii et Kantii
emata, in quibus non modo rerum cauſæ, ſed etiam
na cujuslibet cognitionis principia perpetuæ noctis caligine
iteſcunt. Sed quo jure ſtoliditatem utriusque ſyſtematis
mittere tenemur? Nonne jam multis argumentis unius et
erius absurditas demonſtrata fuit? Nonne eadem hoc præ-
nti argumento, quaſi novâ luce, demonſtratur? Quid eſt
veſtris argutiolis et puerilibus verborum luſibus, quod
mmenſum hujus evidentiæ pondus vincere valeat? An ſenſi-
lis mundi ſtructuram et ordinem malitis ad ſpontaneitates
eſtras, quam ad Deum authorem referre? An vos eſſe
ulcherrimi hujus orbis conditores bonâ adhuc atque firmâ
ide creditis? Ad tribunal conſcientiæ veſtræ appellamus?
Quid illa reſpondet? Tale delirium reverâ a vobis pro certo
eneri? An ita res eſt? Dicite. Quanquam, ſi ſtolida hæc
in mentibus veſtris perſeverat opinio, longe ſatius eſt, ut
ſilentium teneatis, ne quisque hominum ratione præditus vos
inſanorum gregibus magis, quam Philoſophorum cætibus
annumerandos eſſe jure ac merito exiſtimet.

Senſibilis mundi initium.

J. Jam inceptum opus perſequamur. Cætera, quæ audaciſſimis Kantianorum principiis proculcata jacent, rurſus erigere et ſtatuere volumus. Iſti ſemiphiloſophi contendunt non poſſe mundi ſenſibilis orginem ſolo rationis lumine demonſtrari. Valde miramur hanc opinionem ab eis teneri. Quam propugnare ſi liceret aliis Philoſophis, id tamen eſſet Kantianis prorſus illicitum. Hi etenim mundum ſenſibilem intra animarum limites totum con-

contineri, et omnia hujus Phœnomena ex intelle facultatum noſtrarum formis conſtare affirmant, nec adhuc dicere auſi ſunt animas eſſe æternas. Ergo no eſſe nobis vetuſtior mundus ſenſibilis. Quam juxta nem, tot ſunt mundi ſenſibiles, quod dantur in terris totque diverſi naſcuntur et pereunt, quot naſcuntur eunt homines. Quinimo omnes et ſingulæ partes bus hæc innumerabilis multitudo mundorum coaleſcit, unt et deſinunt viciſſim, cunctis fere inſtantibus, exiſtere gulis enim fere inſtantibus, nova phœnomena ſenſibus apparent, atque brevi poſtea evaneſcunt locum datura quæ parili et quaſi ſubitâ morte interibunt. Quaprop juxta Kantianos, non ſolum numero plures ſunt ms ſenſibiles, ſed horum unusquisque fieri atque ordinari c tinuo rurſus incipit. Si unus ex iis nobis ſatis fuit ad pro dam ſupremi Numinis exiſtentiam, quot in gratiam ejus veritatis argumenta è tanto mundorum numero effl! Quomodo Kantiani hæc omnia docere et tamen ſ mundi originem in dubium revocare poſſunt? Quid sibi volunt, dum patrocinium opinionis, quam tue Athei, ſuſcipere audent?

Scilicet Kantiani hoc unum affirmant, fieri non poſſe, ut humana ratio demonſtret, non ſemper et ab omni retr æternitate, alios poſt alios, extitiſſe in terris homines, quorum ſenſibus eadem, quæ nobis nunc occurrunt, rerum ſpectacula prodierint. At vero hoc impoſſibile eſt. Nam, in hâc hypotheſi, non ſolum hominum, animalium, plantarum et arborum, ſed etiam peractarum in ſole, lunâ cunctisque planetis et ſideribus rotationum ſeries infinita jam nunc reverâ efluxiſſet. Quamvis enim hæc omnia fuiſſent tantummodo ſenſibilia, non tamen ideo minus veré extitiſſent, quia, quod nihil omnino fuiſſet, illud nunquam videri potuiſſet. Verum fieri non poteſt, ut in rebus variis et a ſe invicem diſtinctis detur

numerus actu infinitus. Hoc demonſtratum eſt in epiſtolâ; atque in hâc rurſus certiſſimis argumentis bitur. Præterea huc accedit novum delirii genus; ſcilic infinitus numerus converſionum in ſole et ſtellis, m et noctium, hominum et animalium, plantarum borum jam omnino completus eſſet, nec tamen adhuc pleretur. 1. Jam completus eſſet, quia numero ino, utpote omnium maximo, nihil addi poteſt. 2. Non- compleretur, quia ille tamdiu creſceret, quamdiu novi , novæ plantæ, novaque hominum et animalium cora, usque ad ultimum ſenſibilis mundi phœnomenum, naſci ebuntur. Quam immenſa effectuum ſine cauſâ collectio! am immenſus baculus, cui una tantum ſubeſt extremitas! am immenſa catena, cui ultimus, nullus autem primus ulus eſt! Quam infinita hominum multitudo! Sed quam major manuum et pedum copia! Placetne dicere, Domi. Kantiani, quibus hæc infinitatis abſurditas impoſſibilis non videtur, utrum par, an impar eſſe debeat numerus infini-? Vellemus etiam ſcire, an præteritorum dierum numes numerum præteritarum noctium ſuperet. Uterque det eſſe æqualis, cum uterque ſit infinitus. Verum, ſi am- numeri ſunt hodie mane æquales, alter ſane ab altero ſpere vincendus eſt, atque ita minor erit, cum tamen llus ſit numerus numero infinito major. Ergo hæc innita Phœnomenorum ſeries ſecum ipſa pugnat. Ergo evienter patet prima fuiſſe mundo ſenſibili initia. Nec licet Kantianis, ex æternitatis ideâ objectionem ullam eruere. Nam allata modo a nobis argumenta ſucceſſivam, ſicut phœnomena, æternitatem non eſſe demonſtrant. Unde ergo primum natus eſt mundus ſenſibilis? An ſui pater ſimul et filius, quam antea non habuit, exiſtentiam ſibi ipſe largitus eſt? An qui nondum erat, ſe ipſum gignere potuit? Sane prius eſt eſſe, quam quidlibet operis, et a fortiori, quam

ſe

ſeipſum efficere. Quis igiur primus author fuit et op præclari hujus orbis, qui omnium mortalium oculos h percellit; Non ſpontaneitas, quæ nondum exiſtebat, alia cauſa cæca atque amens, quæ tantæ amplitudinis que miræ artis opus nunquam compingere potuiſſet. E etiam ex hâc parte patet evidenter exiſtentia Dei.

Creatio mundi ſenſibilis.

Quando Deus mundum ſenſibilem c didit, vel illum e nihilo, vel ex elem jam ab omni retro æternitate exiſtentibus eduxit. Si e hæc intrinſecam et realem exiſtentiam non habuiſſent, c Deus mundum ſenſibilem ex iis educens, e nihilo vere ill eduxiſſet. At vero hæc elementa non potuerunt eſſe æter Alioquin non minus æternus fuiſſet eorum exiſtendi mod quia nulla res eſſe poteſt, niſi tali vel tali modo exiſtat (propter hic primus exiſtentiæ modus, quem elementa iſſent, antequam mundus ſenſibilis fuiſſet ex iis edu ipſorum naturâ et eſſentia nixus inhæſiſſet, ut po Deo nec ab alio quovis ente acceptus. Hæc pro habenda ſunt, niſi quis animo finxerit jam antea fuiſſe in itam elementorum ſeriem, quorum alia ex aliis, per cun æternitatis tempora, progenita fuiſſent. Impoſſibilitas tem ſeriei hujus infinitæ ſuperius demonſtrata fuit. Erg memoratus exiſtendi modus, qui, ante conditum mundum ſenſibilem, æternis hujus elementis fuiſſet, in ipſorum natur et eſſentiâ niti atque inhærere debuiſſet, ac proinde, ſicut omnes aliæ rerum eſſentiæ, eſſe neceſſarius, a Deo independens et immutabilis. Quomodo igitur Deus potuiſſet illum in immutare atque invertere, ut inde mundus ſenſibilis exſurgeret? Ergo, ſi præclarus hic orbis ex elementis primum coaluit, fatendum eſt, hæc elementa non ſemper extitiſſe. Ergo illa e nihilo ad exiſtentiam tranſierant. Ergo mundus ſenſibilis ſive immediate, ſive mediate e nihilo eductus eſt; et proinde Deus non ſolum hujus conditor et rector, ſed etiam vere creator eſt.

Quid

Quid adverſus hæc objicient Kantiani? Dicentne pri-
mundi ſenſibilis elementa fuiſſe purum tempus et ſpatium,
, cum æterna ſint, nullius unquam indiguerunt creatoris
lio , ut ad exiſtentiam pervenirent? Eſto; ſed demon-
vimus, purum tempus et purum ſpatium nunquam ex-
ſe, nedum illa ſemper extiterint. Itaque ſi mundus ſen-
lis ex eorum gremio prodiit, ille ſane e nihilo ortus eſt.
is autem, niſi Deus, potuit ſic illum e nihilo educere?
is, præter numen omnipotens, creavit animas, ex quarum
ultatibus, juxta Kantianos, omnia ejusdem mundi phœ-
mena perfecta ſunt? Cum illæ ſint omnino ſimplices,
c tamen æternæ, neceſſe eſt, ut e nihilo, non autem e ma-
riâ præhabitâ eductæ fuerint, et proinde ut mundus ſenſi-
lis, qui totus in eis et ex eis conſiſtit, pariter creatus fuerit.
xta nos, mundus ſenſibilis ſemel e nihilo eductus eſt, quia
um e phœnomenis non intra animarum noſtrarum limites,
d extra nos poſitis conſtare credimus. At vero Kantianis
erſuaſiſſimum eſſe deberet, hunc eundem toties é nihilo
otum educi, quotiés in corpora novæ animæ veniunt, id
ſt, creationem ſingulis diebus atque inſtantibus renovari.
d hoc duo ſatis eſſent, nempe ut illi duplicem materialis-
ni et vacuarum omni re imaginum abſurditatem procul a ſuo
yſtemate tandem amoverent.

At vero malunt eſſe Dii, quam alium ſupra ſeipſos po-
itum Deum agnoſcere. Illi præclarum hunc mundum ſen-
ibilem condendi atque ordinandi gloriam ſibi ſolis vindicant.
Omnia enim hujus phœnomena a ſpontaneitatibus ſuis, id
eſt, a ſemet ipſis perfecta fuiſſe arbitrantur.

Deus in omnibus omnia ſolus ipſe facit.

Ergone hos ſuperbé delirantes Philoſophos, qui talem ac tantam poteſtatem ſibi ipſis arrogare audent, ergone illos latet, potentiam eſſe attributum incommunicabile, quod Deus

ſolus

ſolus poſſidet, et cujus ne minimam quidem partem cre ſuis tribuit. Quidquid corpora, imo et ſpiritus in utr mundo, ſive ſenſibili, ſive intelligenti, facere videntur lud Deus ſolus ipſe facit.

Deus eſt cauſa motûs ſenſibilis, quam in hoc mundo videmus.

Nulla corpora nobis innoteſcunt præte lam extenſionem, quam ſenſus noſtri perc unt. Porro huic extenſioni ſenſibili nulla agendi propria, nulla poteſtas competit. O nis enim ejus actio in motu ſita eſt, qui ita eſt ill naturæ extraneus, atque ita parum cum eâ connec tur, ut illa modo hunc motum, modo illum accipere, im prorſus quieſcere videatur. Ipſe etiam ignis, etſi ad mot naturam propius accedere, et cum hoc neceſſariis quaſi vin culis connecti eum credideris, tamen conſiſtere et quieſcere ra diu videtur, donec e ligni viſceribus, per externum im pulſum, velut carcere erumpens, tandem forás prodeat. Nonne omnia, quæ novimus in terris, corpora juxta vari directiones ſucceſſivé et indifferenter moventur? Attamen, ſi motus in eorum naturâ atque eſſentiâ nixus inhæreret, illa ſemper et neceſſarió verſús eandem directionem moverentur. Motûs enim directio non minus eſſet eis neceſſaria et eſſentialis, quam ipſe motus, cum nullum unquam corpus moveri poſſit, niſi hunc vel illum verſús locum dirigatur. Uno verbo, nulla res ſine propriâ ſibi naturâ concipi poteſt. Quælibet autem extenſio facile paſſiva et immota concipitur. Ergo motum corpora nulla jure naturæ ſuæ poſſident. Undenam autem illum habuerunt? An eum, progreſſu quodam infinito, alia ab aliis, ſine ullo primo motore, acceperunt? Certe non. Tunc enim omnium, qui cernuntur in mundo ſenſibili, motuum collectio, eſſet effectuum ſine cauſâ collectio. Præterea progreſſum infinitum prorſús impoſſibilem eſſe vidimus. Ergo extenſioni nulla vis agendi, nulla proprié dicta poteſtas jure naturæ competit.

Idem

uidquid
us facere
itur,
ipse fa-

Idem de ſpiritibus dicendum eſt. Nulla enim eis activa facultas alia, præter voluntatem, ineſt. Si enim creatæ voluntati, V. G. noſtræ unam atomum movendi, vel unam cogitationem, unum voluptatis aut doloris ſenſum, ſive in nobis, e in aliis ; excitandi innata et naturalis potentia ſub- ̃et, tunc unusquisque noſtrûm poſſet omnes ſenſibiles, ıotquot in mundo cernuntur, atomos movere, (Nam in undo ſenſibili cum videantur atomi, illæ ut reales ſint, :orſus neceſſe eſt) atque ita poſſemus hujus præclarum or- inem mutare, imo ipſum funditus diruere, in alium dein- e convertere, et proinde alii mundi ordinatores et Domini vadere. Similiter unusquisque noſtrûm omnes cogitationes t voluptates, quascunque vellemus, procreare poſſet, at- ue hoc modo omniſciens, ſumme beatus et omnipotens eri. Non enim difficilius eſt voluntati ſecundam, tertiam, ıillesimam, quam primam atomum, aut cogitationem, aut voluptatem movere, vel procreare. Nam, ſi voluntatis actus ſatis eſſet, ut quis unam atomum moveret, vel unam dun- :axat cogitationem aut voluptatem in ſe produceret, tunc, :epetito ſæpius, vel ſemel multiplicato eodem voluntatis actu, cæteras ſimili modo expediret, quippe, datâ eâdem per ſe efficaci cauſâ, idem ſemper ſequitur effectus. Patet igitur potentiam ex naturâ ſuâ eſſe attributum ſpiritibus creatis in- communicabile, et nullius voluntatis, niſi divinæ, viribus innixum. Alioquin creatura fieret creator et proinde alter Deus.

Cujus rei exemplum in nobis experimur. Si quid enim ſit, quod â propriâ voluntate, velut a cauſâ efficaci, pendere videatur, illud eſt ſane motus manuum et pedum, qui, juxta legem a Deo poſitam, toties moventur, quoties volun- luntas imperat. Attamen anima horumce motuum cauſa efficiens nullatenús eſſe poteſt. *Ignoti enim nulla cupido.*

Neſ-

Neſcimus autem, quot et quales nervos aut muſculos erig
qualem et quantam animalium ſpirituum copiam emittere
bis neceſſe ſit, ut pes et manus hoc vel illo modo move
tur. Quo quidem tamen munere jam tunc optime fun
bamur, quando nos prorſús latebat, an ſuccos animales
nervos natura nobis tribuiſſet. Quidquid igitur non ſola
corpora, ſed etiam ſpiritus facere videntur, Deus ipſe fa
Ergo ille, ut cauſa efficiens, ſolus perpetuo regit et guber
ſuâ ſummâ providentiâ et omnipotentiâ utrumque mundum
ſenſibilem et intelligentem.

Multiplex exiſtentiæ et providentiæ divinæ probatio.

Hinc copioſa argumentorum in gratiam exiſtentiæ et providentiæ divinæ ſeges rursus enaſcitur. Deus cauſa motûs efficiens ſolus eſt. Ergo ille ſolem, lunam, ſidera et planetas ſolus movet et dirigit, ſive hæc omnia intra nos, ſive extra nos conſiſtant. Quisquis autem quoddam opus hic, vel illîc perficit, ibi ille præſens adſit neceſſe eſt. Ergo Deus præſens adeſt in his ſenſibiliter immenſis cœli regionibus, quæ oculos noſtros percellunt. Omnes et ſingulæ atomi, quæ tum in ſuperioribus et extrinſecis, tum in interioribus terræ ſenſibilis partibus, tum etiam in variis hominum et animalium corporibus inſunt, motu agitantur, niſi nos quotidiana ſenſuum experientia hanc rem fruſtra docuerit. Ergo Deus in omnibus telluris et corporum noſtrorum punctis ſimiliter adeſt. Quæ quidem omnia niſi cognoſceret, ille movere non poſſet. Ergo nulla eſt in cœlis et in terris atomus, quæ oculis ejus ignota lateat. Nulla in orbe mutatio ſine prævio motu accidere videtur. Ergo omnium vel minimarum, quas in hoc mundo ſenſibili contingere videmus, mutationum et viciſſitudinum Deus unus author eſt. Perpetuâ in nocte verſaremur, niſi diuturnus terræ aut ſolis motus præſentiam præclari hujus aſtri rurſús nobis exhiberet. Ergo ſolus Deus cauſa eſt, cur ſingulis diebus lux oculis noſtris affulgeat. Ei-

amſi

Digitized by Google

mundus ſenſibilis intra anguſtos animarum noſtrarum s, ut Kantiani effutiunt, contineretur, tamen, ſi illi nmodo prima principia retinere vellent, fatendum eis fruges, quas tellus gignere videtur, neceſſarias eſſe, olente Deo, ut corpora noſtra ſervari valeant. At vero nullas fruges ſine motu procreare videtur. Ergo Deus eſt, qui propriis manibus quotidie ſingulis hominibus enta ſubminiſtrat. Omne hominum et pecorum genus à morte ſimul interiret, ſi in eorum corporibus, vel uniſtanti, ſanguis immotus quieſceret. Ergo, ſingulis inibus, vitam Deus nobis ſervat incolumem, quam nobis ter, ſingulis momentis, poteſt eripere. Ergo ille ſolus eſt emus arbiter et Dominus rerum cœleſtium atque terreım, prout illæ ſenſibus apparent.

Cum hæc omnia imaginarias et fictas Kantianæ Spontaatis vires penitùs atterant atque conficiant, operæ pretium ut rem clariori adhuc in luce ponamus. Ubi primum ıa digitum pepugit, tunc in animâ ſenſus doloris naſcitur. ncne ſpina per foramen aperti in digito vulneris, inſtar ısdam liquoris, in eam, veluti in vas quoddam, infudit? nime. Senſus enim doloris nullus eſt in ſpinâ, quæ proe, quod ipſa non habuit, dare non potuit, niſi quis fore contenderit, huic per voluntatem, quæ ipſi nulla eſt, andi doloris poteſtatem competere. Quis ergo hunc ſenm progenuit? An corpora noſtra? At vero corpora noa non magis hoc opus, quam ipſamet ſpina, edere potuunt. Idem enim argumentum, quod contra unam, adrſùs alia militat. An anima noſtra ſenſum hunc injucunım in ſe procreavit? Sed nulla alia, ut diximus, præter vontatem, facultas animæ activa eſt. Cum autem voluntas licitatem ſuam neceſſario cupiat, illa profecto dilectam ſibi oluptatem potius, quam dolorem inviſum crearet. Unum nim mehercule altero difficilius voluntati non eſſet. Præ-

terea,

terea, ſi poteſtas ſe ita libere atque pro libito candi, ad animas noſtras jure naturæ pertineret, tunc geret, ut unusquisque noſtrûm ſemper beatus in terri lix viveret.

Quis demun igitur memorati doloris author fuit jus enim creandi poteſtas, quam nec ad pungentem ſp nec ad punctum corpus, nec ad patientem animam re licet, pari jure deneganda erit aliis extenſis rebus que humanis animabus, quibus profecto hâc re non virium natura tribuit. An ergo eandem hanc poten cuidam intelligenti et præpotenti creaturæ propriam dicemus? Nequaquam. Quod enim in præfati vulneris experimur, illud idem et eodem modo, quoties ſimilis dat occaſio, omnes ubique terrarum homines experi lent. Quapropter neceſſe foret, ut hæc creatura ubique in omnium mortalium animis adeſſet. Illa, ſpinas ſenſibiles, ſic poſſet eâdem facilitate cætera corpora, quotquot reperiuntur in mundo ſenſibili, ac de ipſum regere, mutare, et in alium convertere. Illa imperium tenere in mundum intelligentem poſſet, cum omnes animas beatas aut miſeras pro ſuo arbitrio poſſet efficere. Ea eſt voluptatis et doloris natura, ut ex animis educi et in alias immitti non valeant. Ergo hos ſenſus creatura eadem præpotens per ſuam voluntatem in animis hominum creare. At vero quicunque poteſt creare, ille eſt omnipotens, qui inter ens et nihilum diſtantia eſt infinita, quam proinde mini, niſi infinitâ potentiâ inſtructo, vincere licebit. Hæc igitur creatura, ut voluptatem et dolorem, ſic materiam creare poſſet. Qui autem valet e nihilo educere unum materiæ cubitum, ille ſimiliter poteſt ex eo educere duos, mille et materiæ cubitos, quot hodie in mundo exiſtunt. Ergo hæc creatura omnipotens ipſe creator, ipſe Deus eſſet. Ergo tandem novis evidentiæ radiis coruſcans eadem recurrit conſequentia,

ntia, nempe Deum unum eſſe, qui tum corpora movere
reare, tum voluptatem et dolorem producere poſſit.

Quid ergo reliqui eſt in utroque, ſive ſenſibili, ſive in-
igenti mundo, quod Deus ipſe atque ſolus non faciat?
m, ut ille motus in materiâ et ſenſus in animis procreat,
etiam mentes illuminat et voluntates noſtras dirigit.

1. Hominum mentes Deus unus illuminat. Quis enim
us perceptionum, ſeu cogitationum noſtrarum author eſſe
teſt? Hanc ſane laudem nobis ipſis arrogare nefas eſt. Si
im illarum artifices eſſemus, vel nota, vel ignota nobis tunc
ſent earum objecta, quando illas cudimus. In primo caſu,
ni præſentes animis cogitationes adeſſent, et proinde earum
ithores non eſſemus. In ſecundo autem, voluntas nullo mo-
o poſſet illas efficere, quia ignoti nulla cupido eſt. Si an-
m perceptiones noſtræ a nobis perfici et cudi nequeant, illæ
rofecto nec a corporibus, nec ab aliis intelligentibus creatu-
is procreari poſſunt. Quod enim de ſenſibus voluptatis et
oloris diximus, illud erga perceptiones ejusdem ponderis eſt.
Ergo, præter rationem ſuperiùs allatam, rurſus evidenter pro-
batur Deum unum eſſe, qui mentes hominum illuminet.

2. Voluntates noſtras ille ſolus pariter dirigit. Quis
eſt enim omnium voluntatum motus? Quó tendit iſte mo-
tus? Nempe ad felicitatem. Nihil enim, quidquid contra-
dicant Kantiani, aliud volumus, nihil aliud quærimus. Ipſe
enim ſuicida, qui, pereunte corpore, omnia ſibi perire exiſti-
mat, crudelesque et violentas manus in ſeipſum audet con-
vertere, eó nequitiæ et ſceleris idcirco devenit, quia melius
ſibi fore ad nihilum reverti, quam præſentis vitæ miſerias diu-
tiùs tolerare exiſtimat. Quæ quidem felicitatis cupiditas ſic
univerſalis, ſic perpetua et neceſſaria eſt, ut nemo unquam
poſſit illam exuere. Unde illa igitur nata eſt? Ex nobis?
Minime profecto. Nam illi, ut dediſſemus principium,

Digitized by Google

ſic poſſemus etiam finem imponere. Hujus ergo a
artifex nullus alius eſſe poteſt, quam cauſa univerſali
omnipotens, quæ omnes creatas voluntates regit atq
deratur. Ergo, quidquid poſitivum et reale eſt in hoc
do, Deus ſolus ipſe perficit.

Caveat tamen unusquisque, ne ex iis, quæ diximu
ferat, vel homines non eſſe liberos, vel Deum eſſe pe
authorem. Nam liberos ſe eſſe ſentiunt omnes et ſinguli
mines, præter ſtultum in iis, quæ ad ipſius inſaniam attin
Ergo illi reverâ liberi ſunt. Prius eſt enim eſſe liber, qu
ſe liberum ſentire. Quo de facto non magis, quam de ſe
ſu intimo, unicuique noſtrûm dubitare licet. Ra
quidem nos manifeſte docet, quidquid in utroque mo
do ſenſibili et intelligenti reale et poſitivum eſt, illud a
Deo perfici. Verum, juxta noſtram ſententiam, neque pec
catum, neque datus peccato conſenſus res poſitivæ ſu
lamque proinde poſitivé agentem cauſam poſtulant.
quidem opinio ſic evolvi poteſt:

Scilicet, cum Deus, utpote ordinis obſervantiſſimus,
ſemper ſibi, in exequendis ſuis operibus, finem perfectiſſi-
mum et ſuâ naturâ infinitâ digniſſimum proponat, nullum
qne alium perfectiorem ſe ipſo habere poſſit, ideo creavit
omnium ſpirituum mentes, ut ab eis noſcatur, et animos,
ut ab eis ametur. Quem ut duplicem finem aſſequamur,
Deus ſingulis hominibus, vel ipſis infantibus partitus eſt,
tum ideam infiniti, ut mox videbimus, ideſt, ſui ipſius ide-
am, tum etiam motum quemdam, ſeu inſtinctum, quo ani-
mus ad amorem boni infiniti a Deo pariter nullatenús diſcre-
pantis perpetuo et naturali impetu trahitur atque impellitur.
Hæc eſt innata et ineluctanda, de quâ modo ſermonem ha-
bebamus, ſummæ felicitatis cupiditas. Quo quidem dupliq
ſenſu, omnes mentes et unusquisque animus, non ſolum An-
gelorum et hominum, ſed etiam dæmonum atque damna-

torum,

m, neceſſario Deum norunt et diligunt. Verum iſte amor, ›te neceſſarius, nullius meriti eſſe poteſt. Cum igitur mo naturæ noſtræ conditori libuerit nos ratione ſimul et rtate præditos creare, ille vult a nobis rationabiliter cog- ſci atque libere diligi. Itaque duplex eſt motus, uterque Deo creatus et ad eum tendens, alius naturalis et neceſſa- s, cui nemo reſiſtere poteſt, alter autem huic omnino pa- lelus, rationabilis et liber, quem, vi ingenitæ libertatis, ›ſſumus non ſequi. Ad hoc enim nulla requiritur actio po- iva, ſed quidam ſolummodo defectus obſequii, ſeu ne- atio libera illius rationabilis et liberi motûs, quem ulteriús, ıvante Deo, protendere valebamus. Quo quidem in de- ectu et negatione ſitam eſſe peccati naturam opinamur. Tunc oluntas, quæ freta traditis ſibi a Deo viribus movebatur et sque ad bonum infinitum libero curſu pergere poterat, in onis finiti et creati generis ultro quieſcit, et ſponte ſuâ im- noratur. In quo naturam conſenſûs peccato dati conſiſtere credimus. Porro defectus, negatio, quies et mora res poſi- tivæ nullæ ſunt, et proinde nullius cauſæ poſitivam actionem poſtulant. Ergo hæc quæſtio nihil impedit, quo minus quid- quid in utroque mundo ſenſibili et intelligenti reale et poſiti- vum eſt, illud Deus unus agat atque perficiat. (a)

Quanto ſeu potius quam immenſo intervallo diſtant hæc omnia principia a ſuperbis Kantianorum documentis! Illi ſpon-

(a) Kantiani contendunt nullius, ſaltem externæ, rei cauſam poſſe a nobis cognoſci. Nihil ſane eſſet certius hocce principio, ſi illi voluiſſent Deum, qui ſolus omnium rerum cauſa eſt efficiens, e memorato adagio excludere. Si quid peccaviſſent, in eo ſolúm culpa ſita foret, quod, tali principio ſine ullâ tum exceptione, tum explicatione prævîâ tradito, docere etiam videantur leges eas univerſales, quas Philoſophi minus accuraté cauſas generales vocant, et quibus mundum Deus libere gubernat et regit, nobis penitús ignotas latere, atque ita omnem aditum ad aſſequendam revelatæ religionis notitiam præcluſerint. At vero Kantiani nec voluerunt, imo nec potuerunt Deum excludere ex allato principio, quippe illud penitus in ipſis viſceribus eorum ſyſtematis inhæret. Alioquin ſupremi numinis exiſtentiam ex omnibus ſenſibilis mundi Phænomenis et e cunctis animarum noſtrarum modificationibus exul poſſe faterentur.

taneitatibus ſuis ſatis potentiæ ac virium ſubeſſe ſomni
ſenſibilis hujus mundi fabricam et ordinationem ad
ferre non dubitent, aut ſaltem ſtatuunt principia, ex
hæc abſurdiſſima deliria evidenter oriuntur. Omnia p
ſos facta ſunt, ſi deridendis eorum philoſophiæ præ
credamus. *Omnia* autem *per* Deum *facta ſunt, et ſine factum eſt nihil, quod factum eſt,* ſi ſanioribus ratio
Evangelii monitis aurem præbeamus. Kantiani dicere ne
unt, has ſequelas vel non recte, vel e principiis Kantio
ſtra attributis erui. Si enim ſpontaneitas eorum, non p
priis ſuis viribus, ſed potentiſſimæ et ſapientiſſimæ cujus
cauſæ auxilio, omnia mundi ſenſibilis phœnomena conde
tunc illi præclarum ejusdem mundi ordinem ad Deum a
rem referre nullomodo dubitarent, et, ſicut cæteri
Philoſophi, exiſtentiam ſupremi numinis in ſpecta
turæ agnoſcerent.

Apud veteres ethnicorum hiſtorias ſæpe legimus
tos Reges et Imperatores juſſiſſe, ut, dum adhuc in
viverent, pro numinibus haberentur. Sed nullum ex
perimus, qui eó ſuperbiæ et amentiæ devenit, ut hunc pul
cherrimum, quem ſenſus noſtri percipiunt, orbem a ſe ip
ſis conditum atque ordinatum fuiſſe exiſtimaverit. Hæc in
clyta divinæ Majeſtatis prærogativa ad ſolos Kantii diſcip
proprio jure pertinebat. Multo et longe præſtantior illis ſi
deribus, quæ planetas in ſuo ſyſtemate incluſas ad ſe trahere
et circumvolvere dicuntur, unusquisque Kantianus peculia
rem ſibi mundum ſenſibilem propriis ſpontaneitatis ſuæ ma
nibus condit, ordinat et, quócunque graditur, ſecum ipſe
gerit. Phœnomena enim, quæ ſunt unius, non ſunt iden
ticé alterius. Illa quidem forte ſunt ſimilia; ſed numero et
naturâ nunquam eadem eſſe queunt.

Verumtamen Kantianæ omnipotentiæ partem mediam
ſub oculis nondum poſuimus. Hi enim omnium mortalium
admi-

Digitized by Google

iratione et thure digniſſimi Philoſophi, non ſolum ſenſi-
mundi ordinatores ſunt, verum etiam proprie dicti cre-
es. Nam quid eſt creatio? Creatio eſt eductio alicujus rei
hilo, id eſt, nullâ præhabitâ verâ et proprié dictâ materiâ.
nini autem dubitare licet, quin phœnomena, quibus con-
ſenſibilis mundus, cum percipiantur oculis, ad genus
um vere exiſtentium pertineant. Præterea certum eſt, rem
llam poſſe exiſtere ſine attributis, quæ ipſius naturam con-
tuunt. His poſitis, quærimus a vobis, Domini Kantiani,
ide materiam, ex quâ omnia phœnomenorum externi ſen-
s attributa effecta ſunt, ſpontaneitas veſtra eduxerit. E
ormâ receptivitatis, ait unusquisque veſtrûm. Optimé.
.icetne autem ulteriûs quærere, in quo ſita ſit forma rece-
tivitatis? Si fidem vobis adhiberi oporteat, hæc forma ni-
il aliud eſt, quam ſpatium purum, ſpatium in genere
in abſtracto ſpectatum. Sed nec extitiſſe, nec un-
uam exiſtere poſſe hoc ſpatii genus ſatis abundé proba-
imus. Quapropter manifeſto patet, quod mundum ſen-
ibilem e nihilo eduxerit ſpontaneitas veſtra omnipotens, ac
proinde non ſolum conditores et ordinatores hujus præclari
orbis, ſed etiam creatores vos nuncupare debeamus. At
vero, (quod fortaſſe magis etiam mirabimur) ſpontaneitas,
in Kantianorum ſyſtemate, eſt ipſamet voluntas, cujus illi
libertatem, ope morum diſciplinæ, probare conantur, et
quæ ideo ſpontaneitatis nomine vocata fuiſſe videtur, quia
ſponte ſuâ et liberé agit. Ergo Kantiani, ſicut Deus, vo-
luntate ſuâ, imo et liberé creant.

O beatam Germaniam, cujus in ſcholis, ſicut olim
Ægyptiorum in hortis, tot Dii naſcuntur! O Beatos potiſſi-
mùm Profeſſores, quibus é pulpito tot indigenûm Deorùm
præclaram ſobolem procreare licet!

Exiſtentia Dei ex infiniti ideâ erui tur.

Sed mittamus has naenias, quæ æternùm pa-
triæ noſtræ dedecus inurunt, et cæteras dirutæ a
Kantianis Metaphyſicæ ruinas reſarcire conemur.

Juxta

Juxta eos, nemini mortalium unquam permiſſum eſt, premi nūminis notitiam alio ex fonte, qnam ex Ethicâ rire. Hucusque tamen vidimus nullam dari ſenſatio et cogitationem, nullamqne eſſe atomum, unde, pro omni dubio, divina exiſtentia erui non poſſit. Nunc ad tiora pergere fert animus. Obteſtamur autem Kantian ut ea, qnæ mox dicenda ſunt, non ſemel aut bis, ſæpius et attentiſſimâ mente revolvant. Hîc enim Dei ex ſtentiam, non ſolis rebus, ut antea, quæ ſenſus extern percellunt, vel prorſús ſenſui intimo conſonant, ſed ide infiniti probare volumus. Quæ quidem quæſtio, etiam evidentiſſima ſit, tamen, ut intelligatur, oculos ab omni ſenſibilium rerum materiâ defæcatos, et aſſuetam philoſophicis meditationibus mentem neceſſario poſtulat. Illam exponemus eo modo, ut occurramus plerisqne difficultatibus, quæ in hâc diſceptandâ vulgó oriuntnr.

Noſtram interrogemus conſcientiam. Nonne habemus notitiam infiniti? Nonne hoc inſtar facti eſt, cujus præſentiam in animâ unusquisque noſtrûm ſentit, qūodque nemo ſanus in dubium revocare poteſt? Quare enim omnes homines, vel etiam pueri intelligunt, quid ſignificent hæc verba: *ſemper*, *ubique*, *numerus infinitus*, ſtatim atque illa auribus eorum inſonant? Nonne ſic arguunt mentibus ſuis præſentem adeſſe ideam infiniti? Quare etiam clamantem et querentem audimus vix octo menſibus natum puerulum, cui porrigimus ſolummodo mediam partem frugis, quam totam manducare cupit? Nonne ille jam a ſe cognoſci principium: *totum eſt ſuâ parte majus*, ſatis inde declarat? Quomodo autem ille hoc principium percipere poſſet, niſi præviam infiniti ideam in mente habuiſſet? Nam prima principia, quæ communes notiones ideo vocantur, quia omnibus hominibus innoteſcunt, nihil aliud ſunt, quam relationes inter res numero infinitas. V.G. quando proferimus memoratum

prin-

ncipium : *totum eſt ſuâ parte majus*, illud eſſe verum in-
igimus de cunctis rebus in genere, non ſolum de iis
æ olim extiterunt, vel adhuc hodie exiſtunt, ſed etiam de
is, quæ per infinitam æternitatis ſeriem exiſtere poſſunt.
rgo procul omni dubio certum eſt adeſſe nobis infiniti no-
tiam.

Poſitâ hujus facti veritate, quam ſenſus intimus unum-
quemque docet, nunc ratiocinemur atque nosmetipſos medi-
abundi ſeorſum interrogemus, unusquisque ſibi dicat: Un-
de haurire potui notitiam hujus infiniti, cujus idea ſic in om-
nibus animis diffunditur? An ex ipſis animæ meæ viſceribus?
Ego ſane rem nullibí, niſi ubi illa eſt, invenire et videre
poſſum. Infinitum autem non eſt in animâ meâ. Vel enim
illud eſſet ipſamet anima, vel aliquid ab eâ diſtinctum, licet
in eâ contentum et habitans. Verum anima mea non eſt
infinita, et ea proinde nec infinitum eſſe, nec illud in ſe
continere poteſt, quia, juxta adagium, continens contento
minus eſſe nequit. Ergo infiniti notitiam ex hoc fonte hau-
rire non potui.

Unde illam igitur acceptam habui? Ex inſpectione et
contemplatione rerum finitarum, quæ extra animæ meæ li-
mites exiſtunt? At vero infinitum in rebus finitis, quæ ideo
ſunt ipſo minores, contineri nequit, ac proinde in iis videri
non poteſt. Ut enim prius eſt eſſe, quam videri, ſic prius
eſt ibi eſſe, quam ibi videri.

In nullum, ut opinor, hucusque errorem cecidi. At ve-
ro hæc infiniti idea nonne producta a me fuit, addendo ſuc-
ceſſive alias aliis res omnes finitas, non ſolum eas, quæ hodie
exiſtunt, ſed illas etiam, quæ exiſtere poſſunt? Ego quidem
fateor collectionem omnium rerum poſſibilium eſſe infinitam.
Sed earum infinitudinem nunquam ſane potuiſſem tali modo
cognoſcere. Nam hæc additio, utpote ſucceſſiva ſimulat-
que infinita, per totam æternitatis ſeriem non abſolveretur.

Unde

Undenam igitur mihi nata eſt hæc idea? Ex abſtractione, ſeu negatione finium, quibus res unaquæque creata circumſcribitur? Ad ideam autem infiniti hocce modo conſequendam ſatis profecto mihi non fuiſſet ab hoc vel illo fine particulari abſtrahere. Numerus enim quorumdam finium, utpote finitus, nullam præter finiti ideam producere poteſt. Unde fit, ut ab omni fine, ſeu termino poſſibili abſtrahere debuiſſem. Verum numerus poſſibilium terminorum eſt infinitus. V. G. linea, quæ uno cubito continetur, poſſet usque ad mille vel decies centena millia cubitorum augeri, imo per totam æternitatem in infinitum creſcere.

Jam vero non potuiſſem ab his omnibus terminis abſtrahere, quin noviſſem eos, ac proinde quin idea infiniti jam prius menti meæ occurriſſet, quam abſtractionem vel negationem inſtituere cœpiſſem. Hinc patet evidenter, non fuiſſe hoc poſteriori modo ideam infiniti in animis noſtris procreatam, nec proinde eamdem eſſe negativam. Sic idea nihili, quæ mere negativa eſt, præviam infiniti notitiam neceſſario ſupponit. Hæc enim in animis efformari nequit, niſi abſtrahendo ab omni re poſſibili. Cum autem res poſſibiles ſint numero infinitæ, hinc manifeſtó ſequitur, hoc abſtractionis genus, quod tamen facile fit ab ipſis infantibus, nunquam fieri potuiſſe, niſi mens antea infiniti ideam præſentem habuiſſet. Ergo hæc idea eſt vere poſitiva, nec eam mihi, ope abſtractionis, vel cujuslibet negationis, comparare potui.

Attamen conſtat infinitum a me cognoſci. Quo de facto non magis mihi, quam de ſenſu intimo dubitare licet. Ubinam igitur video illud infinitum, quod mentis meæ oculis tam clarâ et vividâ luce affulget? An in certâ quâdam imagine, quæ licet ab eo diſtincta, illud tamen mihi adumbrat, quemadmodum picta Regis effigies, quamvis eum nativis coloribus repræſentet, ab illo tamen diſtinguitur? At vero

e fieri nequit. Vel enim realis, vel omni re vacua eſſet imago. De vacuis imaginibus, quarum abſurditas tot nentis probata eſt, jam licet nemini, ne ipſis quidem ianis, loqui. Ergo illa infiniti imago eſſet res, quæ o vero et proprié dicto exiſteret. Sed impoſſibile eſt, :.quâlibet finitâ infinitum adumbretur, quia unam inter lterum nulla datur relatio. Ergo hæc realis imago eſſet nita. Hoc autem rurſùs fieri non poteſt. Illa enim, ut e realis ſimul et infinita, quot realitatis gradus in infinito t, tot in ſe ipſâ vere contineret, et proinde illa eſſet ipſum infinitum. Nam, ſi pauciores realitates in ſe complecte-ur, hæc ſane infinita non eſſet, quia nihil eſt infinito ajus. Ergo tunc eſſent duo infinita, unum ſcilicet repræ-tatum, alterum autem repræſentans. Ubi hæc duo finita conſiſterent? Nonne unum teneret alterius ſe-m? Tunc etiam duo Dii ſimul eſſent, ſi forte tum ſit, Deum eſſe eus ipſum infinitum. Deinde ubi ceret hæc realis et infinita imago infiniti? Certe non in nimâ, quæ, utpote finita, minor eſt, et omnino impar con-nendæ imagini cuilibet infinitæ. Ergo illud infinitum, quod men ego novi, videre non poſſum nec in imagine ab eo iſtinctâ, nec in anguſtis animæ meæ limitibus, nec in re-us quibuslibet finitis, nec in additione ſucceſſivâ omnium re-um poſſibilium, nec demum in abſtractis vel negatis cujus-unque rei finibus. Ergo infinitum in ſemetipſo et extra me poſitum video.

His poſitis, quæ clariſſima et certiſſima mihi eſſe viden-tur, inveſtigare libet, quæ ſit natura hujus infiniti. An illud nihil eſt? Sed illud video, nihilum autem videri non poteſt. Sed omnes et ſinguli homines, ſicut ego, illud norunt atque vident. Sed nemo hactenus credidit, ſe de nihilo cogitare, loqui, vel ſcribere, quoties de infinito cogi-tat, ſermocinatur, vel ſcriptis diſſerit. Sed Mathematici

pro-

proprietates illius demonſtrant, cum tamen nihili null proprietas. Ergo evidenter patet, infinitum eſſe, vel plura entia, vel unum ens proprie dictum.

Infinitum, ſive unum, ſive multiplex ſit, eſt ens vere et proprie dictum. Ergo nunc et actu exiſtit. Nam id quod nunc et in præſenti oculos mentis meæ percellit, illud nunc et actu video. Si autem nondum exiſteret, illud nondum proprietates haberet, nec proinde mentibus humanis conſpiciendum adhuc exhibere poſſet. Quod enim nondum exiſtit, illud eſt nondum ens. Quod autem non eſt ens, illud profecto nihil eſt. Jam vero nihilum videri non poteſt, et tamen infinitum hodie et in præſenti video. Ergo illud nunc et reverâ exiſtit. Quemadmodum ſol corporeus, antequam creatus fuerit, nullius oculos percellere potuit, ſic infinitum mentes illuſtrare, et ſe nobis conſpicuum exhibere hodie non poſſet, niſi hodie reverâ exiſteret. Hoc etiam certiſſimum mihi eſſe videtur.

Poſſuntne plura eſſe ejusdem vel diverſi generis entia infinita? Non credo. Tot enim realitatis gradus eſſent ſimul et non eſſent in uno, quot in cæteris omnibus collectivé ſumptis. 1 Tot eſſent, quia nihil infinito majus eſſe poteſt. 2 non eſſent, quia in duobus vel in decem infinitis collectivé ſumptis bis vel decies plura, quam in uno eſſe debent. Ergo infinitum eſt unicum.

Eâdem de cauſâ infinitum debet eſſe ſimplex et incompoſitum. Si enim é variis et a ſe invicem diſtinctis realitatibus coaleſceret, harumce realitatum collectio conſtarét ex numero actu infinito. Sed numerus actu infinitus et e variis rebus a ſe invicem diſtinctis conflatus ſibi manifeſte contradicit et repugnat. Tunc enim infinitatem unitatum ſimul et infinitatem centi millium in ſe contineret, atque ita ille eſſet ſimul et non eſſet ſemetipſo major. 1. Non eſſet, quia numero infinito unitatum nullus alius numerus major eſſe poteſt. 2. ſeipſo major eſſet, quia centena millia unitatum ſuperant centiés millies uni-

itatem. Quod quidem adverſatur non ſolum huic prin-
pio: *idem non poteſt ſimul eſſe et non eſſe*, ſed etiam huic
eri: *totum eſt ſuâ parte majus.* Ergo mathematicé de-
onſtratur infinitum eſſe ſimplex et incompoſitum. (a)

Pergat mens mea pone ſequi rationis ducis veſtigia. Nulla res, ut mihi videtur, infinita eſſe poteſt, niſi illa vel numero infinitas et alias ab aliis phyſicé diſcretas realitates in eſſentiâ ſuâ contineat, vel his accuratiſſimé æquivalentem, unicam et ſimpliciſſimam realitatem poſſideat. Hæc enim conditio ſic ideæ infiniti hærere videtur, ut, ſi illa abeſſet, tunc nullum eſſet infinitum. Nam cur infinitum finito majus eſt? Quia ſcilicet in uno finitus, in altero autem infinitus realitatum numerus continetur. Præterea unaquæque ex his numero infinitis realitatibus, quarum phyſica vel æquivalens collectio naturam entis infiniti conſtituit, debet ipſa eſſe infinita. Niſi conditio hæc altera admittatur, tunc alia res major infinito, quo nihil tamen majus eſt, concipi poterit, quia illud non erit ex omni parte et in omni ſenſu infinitum. Deinde tunc in ipſâ infiniti eſſentiâ finitudo, ſaltem ex parte, inerit. Quod quidem ejusdem ideæ prorſus repugnare videtur. Ergo natura entis infiniti continet phyſicé vel æquivalenter realitates numero et gradu infinitas. Jam vero ratio me docuit infinitum eſſe ſimplex et ab omni compoſitione alienum. Ergo illud in naturâ ſuâ complectitur, non infinitas numero et gradu realitates, quarum aliæ ab aliis phyſicé ſecernuntur, ſed realitatem unam et ſimplitiſſimam, quæ cæteris omnibus accuratiſſimé et perfectiſſimé æquivalet. (b)

Jam

(a) Hine ſequitur, 1. ens infinitum nec tempus eſſe, nec ſpatium, quorum prius conſtaret e variis, extra ſe poſitis et numero infinitis inſtantibus, et alterum pariter ex infinito diverſarum extra ſe poſitarum partium numero conſtaretur. 2. Tale atque ita conſtitutum tempus et ſpatium nullo modo poſſe actu exiſtere, et proinde Kantii ſyſtema funditus erui.

(b) Quamvis nodus intrinſecus, quo ſimplicitas cum infinitate conjunigtur, nobis prorſus ignotus lateat, tamen hæc conſectaria, cum ex evidentiſſimis principiis ritè

Jam demum exiſtentia entis infinite perfecti, ni[illegible] fa[illegible] clarâ in luce refulget. Nam perfectio et realitas ſolo vo[illegible] ſono diſcrepant. Perfectio enim, cum non ſit nihil, [illegible] debet eſſe realitas, et viciſſim unicuique realitati ſua [illegible] propria, nec a ſuæ naturæ attributis ſemota perfectio co[illegible]petit. Ergo demonſtratur contineri in entis infiniti eſſen[illegible] perfectionem unam, ſimpliciſſimam et in omni ſenſu infi[illegible]tam, quæ cæteris omnibus numero et gradu infinitis per[illegible]fectionibus veré et accuratiſſimé æquivalet. Ergo ens in[illegible]finitum eſt infinité perfectum. Jam vero omnipotentia, omniſcientia, infinita ſapientia, bonitas, miſericordia, juſti[illegible]tia, ſanctitas, libertas, veracitas, immutabilitas, beatitudo ſunt totidem veræ et proprié dictæ perfectiones. Ergo ens infinitum eſt omnipotens, omniſciens, infinite ſapiens, bonum, miſericors, juſtum, ſanctum, verax, liberum, beatum, immutabile, atque demum omnes omnio perfecti[illegible]ones numero et gradu infinitas veré et ſimpliciſſimé poſſidet.

Sic-

---

deducantur, neceſſario debemus admittere. Alioquin tenebras luci antepo[illegible] Satis eſt Philoſopho exiſtentiam rei cognoſcere, quamvis hujus exiſtendi modus [illegible] æternæ noctis caligine ſepultus jaceat. Quam logicæ regulam ſi Mathematici vellent respuere, illi ſane nullos in Matheſi, quæ tamen certiſſima [illegible] habetur, progreſſus facerent.

At vero, quem ratio diſſolvere nequit, hunc nodum experientia optime [illegible] Interrogemus enim noſtras animas. Hujus rei exemplar in earum natura [illegible]mus. Nam, quidquid Kantiani in contrarium dictitent, ſubſtantia animarum [illegible]rarum, ut mox probabimus, eſt unitas quædam ſimpliciſſima, nullisque [illegible] et a ſe invicem phyſicé diſtinctis partibus conflata. Illa tamen plures facultates metaphyſice diverſas et modificationes propémodum innumeras in ſe compleĉti[illegible]tur, quæ nihilominus unitati ejus atque ſimplicitati nequaquam officiunt. Si Deus animam milliés perfectiorem noſtris animabus creaviſſet, illa ſane milliés plus re[illegible]alitatis, quam humana quævis anima, in ſe contineret, quia realitas et perfectio ſunt quid unum et idem. Attamen hæc intelligentia non ideo minus eſſet ſim[illegible]plex et incompoſita, quia impoſſibile eſt, ut natura cogitans é variis et phyſice a ſe invicem diſcretis partibus coaleſcat. Ergo multiplicitas realitatum ſimplici[illegible]atem unitatis abſolutæ non deſtruit, dummodó hæ realitates metaphyſicé, non vero phyſicé aliæ ab aliis ſecernantur. Ergo ſimplicitatem et infinitatem in unum convenire poſſe experientia unumquemque docet, quamvis conveniendi modum ratio neminem doceat.

Illud idem ex ipſius Dei naturâ eruere poſſumus. Sive enim ille ſit infinitus, ſive non, nemo tamen inficiari poteſt, plures in eo, quam in nobis, ineſſe [illegible]tatis gradus, ipſumque nihilominus eſſe omnino ſimplicem. Ergo licet [illegible] Materialiſtis et Atheis, quorum utrique aperté delirant, ideo rejicere exiſtentiam entis infiniti, quia ſimplicitatis et infinitatis concordia explicari nequit.

Singula hæc corollaria tum ex ideâ infiniti, quæ om-
m oculis affulget, tum e principio: *nihilum videri non
eſt*, evidenter et quaſi mathematicé fluunt. Rogamus
ntianos, ut velint reſpondere huic argumento, quod fun-
menta ſyſtematis eorum penitus diruit. Hic eſt ergo ille
eus, cujus, juxta illos, numen adeſſe idea infiniti probare
n poterat, et quem tamen illi toties præſentem habent in
imis, quoties de infinito cogitant! An hujus notitiam e
ntibus temporis puri et ſpatii hauſimus? An corpoream
erfectiſſimi hujus numinis imaginem ſpontaneitas perfecit,
t in anguſtis animarum noſtrarum ſedibus collocavit? Quid
rgo nunc judicandum eſt de celeberrimo Kantianorum prin-
ipio, ſcilicet nihil, niſi, in tempore et ſpatio, nihil, niſi
er extenſas et in animabus noſtris contentas imagines, poſſe
nobis cognoſci?

Fons pri-
iorum prin-
piorum et
deæ poſſibili-
atis.

Quærebat a nobis Humius, quonam e fonte
ratio prima principia hauſerit. Sane nec e Loki-
ano, nec e Kantiano ſyſtemate, ſed ex infiniti
deâ, quæ non minus, quam prima principia, cunctis mor-
alibus communis eſt. Hæc enim, cum ſint relationes inter
res numero infinitas, nullibi ſane poſſunt habere fundamen-
tum exiſtentiæ ſuæ, præterquam in ſubſtantiâ entis infiniti.
Quapropter, ut ſol ſenſibilis oculos corporum noſtrorum
illuſtrat, ſic etiam Deus, ſaltem quoad prima principia, eſt
ille ſol mentium, qui, juxta ſacram et ſublimem Apoſtoli
Philoſophiam, *illuminat omnem hominem venientem in hunc
mundum.* Ibi etiam, nec alibi, videmus res mere poſ-
ſibiles, quæ, cum nondum exiſtant, nullomodo poſſent
a nobis perſpici, niſi earum poſſibilitatis fundamentum nunc
atque realiter in ſubſtantiâ entis infiniti exiſtens videremus.
Scilicet hæc, utpote infinita, omne realitatis genus, ſin
minus quoad exiſtentiam, at certe quoad eſſentiam, neceſſa-
rio atque eminenter in ſe complectitur. Illa omnium rerum,
ſive

ſive creatarum, ſive poſſibilium, eſſentias et arch
ſine ullâ imperfectione, id eſt, ſine ullâ limitationis
tione, continet. Quibus eſſentiis ſemel a nobis perc
tunc mentis oculos, naturali quodam inſtinctu, et qu
ſcii, convertimus in divinam potentiam, quæ creandis
ſimilibus earum, quæ percipiuntur, par atque idonea
ac merito nobis eſſe videtur. Idcirco evenit, ut, cogit
bus nobis de rerum poſſibilitate, quidquid tunc mentibus
currit, nempe earum exemplar et fundamentum, illud
verâ et actu exiſtat. Nihil enim in eis aliud videmus. Id
dicendum eſt de rebus univerſalibus et in genere ſpectat
quarum idea, occaſione ſenſuum, in mentibus oritur, e
quæ nihil ſunt aliud, præter res poſſibiles. V. G. deter-minati cujusdam et exiſtentis circuli effigies ſenſibus occurrit. Tunc duas alias ideas nobis notiſſimas cum ideâ hujus circuli jungimus, nempe ideas infinitudinis et omnipotentiæ, quarum ope; ſubito quaſi lumine perculſi, videmus hunc circulum poſſe in infinitum creſcere vel decreſcere, ſi Deo libuerit. Sic enim naſcitur in nobis idea circuli in genere. Cujus omnia elementa conſtant é rebus veré exiſtentibus atque præſentibus, nempe tum ex effigie circuli finiti, quæ nunc oculos percellit, tum ex infinitate et omnipotentiâ, quæ in ſubſtantiâ entis infinité perfecti nunc et realiter exiſtunt. Idem quoque dicendum eſt de ideâ cujuscunque infiniti potentialis, V. G. ſpatii, quod, etſi actualem exiſtentiam ſortiri nequeat, tamen poteſt magis atque magis a Deo augeri et per totam æternitatem creſcere. Hujus generis eſt infinitum Matheſi proprium. Illud eſt ſolummodo potentiale. Sed ejus fundamentum in prædicto ſenſu reverâ atque nunc exiſtit. Tandem eodem modo judicandum nobis eſt de compoſitis et fictitiis rerum ſingularium ideis, V. G. de montis aurei ideâ, cujus elementa non ſunt fictitia. Hæc enim tria ſunt, quæ nunc et reipſâ exiſtunt, nem-

pe mons, aurum et omnipotentia, quæ utrumque in m facile colligere et conflare poteſt. Quæ quidem ideæ a memoratæ in ideam poſſibilitatis omnes refunduntur. n autem poſſibilitas in rebus veris et proprié dictis, velut damentis, innitatur, hinc ſequitur, nihil a nobis videri, ter οντως οντα, id eſt, præter ea, quæ realiter exiſtunt.

Ergo intelligitis, Domini Kantiani, quanto errore ceptus fuerit veſter ille Kantius, qui principium prorſús ntrarium pro fundamento totius ſui ſyſtematis ſtatuit. cogitate quæ modo dicta ſunt, quía maxima pars errorum, i in Metaphyſicâ occurrunt, exinde oritur, quod multi ilosophi non *ſatis* attenté naturam infiniti et originem ideæ ſſibilitatis perpenderint.

Reſtitutis in priſtinum dignitatis ſuæ ſplendorem argu-entis, quibus humana ratio ſupremum numen adeſſe de-onſtrare ſolebat, jam pars præcipua confutationis, quæ fuit nobis ſuſcepta, abſolvitur. At vero Kantiana principia mundis omnia, quæcunque tetigerant, polluentibus arpyiis ſimilia, non ſolum exiſtentiam Dei, ſed etiam riſſimos morum diſciplinæ fontes et ſimplicitatem anima-m ſordibus ſuis deturparunt. Quapropter neceſſe eſt, ut s quoque maculas abſtergere conemur.

Sanctio gis naturalis

Exiſtit Deus, et omnia, ſive bona, ſive mala ab eo oriuntur. Ergo ille a nobis ſummo amore diligendus, ſummoque metu timendus eſt. Nihil enim poſſumus amare, præter bonorum, nihilque timere, præter malorum cauſam, pro ut illa nobis nota eſt. Itaque, ſi præter hoc ſummum et primum mandatum, Deus nobis adhuc alia juſſerit, non dubitandum eſt, quin illis parere maximâ cum alacritate debeamus. Unde autem noſcere poſſumus, an Deus nobis alias inſuper leges præſcripſerit? Hâc in re, ſicut in cæteris, neceſſe eſt, ut rationem magiſ-

ram

Digitized by Google

ram et ducem ſequamur. Quemadmodum enim I nobis dedit oculos, ut videamus, manus, ut palpemus, pe ut incedamus, ſic rationem, ut eâ utamur, nobis prof tribuit. Ergo, quidquid illa præcipiet, Deus ipſe jube Itaque legi naturali, ſi illa exiſtat, tunc erit verus et prié dictus legislator. Tunc hæc eadem lex, quam animis omnium mortalium inſcriptam eſſe dicunt, jus i perandi et vim obligandi vere poſſidebit, quia utrumque accipiet, non a ſemetipſâ, niſi forte illa ſit ipſe Deus, ne a portione quâdam extenſionis, cui nomen animæ Kantiani tribuunt, ſed ab ipſâ omnipotentis et infinité perfecti numi-nis voluntate. Qui ſolus voluptatem et dolorem in animis creare poteſt, atque ſolus ideo nos beatos et miſeros efficere, ille ſane noſtrum ſuis præceptis obſequium donare præmiis, et detrectationem imperii caſtigare ſuppliciis valet. Quod quidem Deus non ſolum perficere poteſt, ſed et reverá perficiet, dummodo ille nobis legem tribuerit. Quicunque enim legislator nec bonis præmia, nec malis ſupplicia de-cernit, ille non vult ſerió, ut legibus ſuis pareatur. Deum autem velle, ut naturæ legi, cujus exiſtentia, mox demon-ſtrabitur, accuratiſſimé pareamus, non ſolum allata ratio declarat, ſed etiam idem colligitur é gaudiis et remorſibus conſcientiæ, quos ille jam nunc in animis noſtris procreat, ſimul ac bene vel male egimus. Utrumque inviti pati-mur, et omnes pariter mortales, imo et potentiſſimi tyr-anni, licet increduli, ſimul patiuntur. Nero, ipſe Nero umbram interfectæ matris pavidus per noctem fugere cogi-tur. Qui quidem cruciatus ita ſunt aliquando graves, ut nonnullos reperias, qui ſibimet ipſis vitam eripiunt, ne illos diutius perferre teneantur.

Attamen experientia docet, hiſce conſcientiæ gaudiis et cruciatibus plerumque non ſatis eſſe virium, ut cupidi-tates ſub imperio legis naturalis captivas teneant, niſi Deus

alias

Digitized by Google

s mercedes et pœnas poſt exactum vitæ noſtræ curriculum
atas habeat. Ergo, quâ certi ſumus eſſe legem natur-
m, eâdem certitudine novimus, alia poſt mortem præ-
a vel ſupplicia nobis eſſe futura. Quod quidem dogma
majori fide tenemus, quod illud non ſit peculiare ac
oprium Chriſtianis, apud quos nati ſumus, ſed commune
nnibus retro antiquitatis gentibus fuerit, et adhuc hodie
bique terrarum diffundatur. Ita fit, ut ratio noſtra rati-
ne totius generis humani fulciatur. Quod illa nos docet,
lud idem cæteros mortales docuit.

Chriſtiana Religio æterna poſt mortem ſupplicia mina-
ır. Numquid pleræque etiam gentes eamdem doctrinam
enuerunt? Sic eſt. Unde autem hæc conſtans, prope
niverſalis et tamen adeo ſevera et triſtis opinio originem
ucere potuit? Nonne illam ratio damnat et refellit? Si
ges juſtitiæ in animis noſtris inſitas interrogare velimus,
læ nobis renuntiant, unum malitiæ gradum mereri, ut uno
œnæ gradu pariter plectatur. Porro delictum infinitum infini-
os numero gradus malitiæ æquivalenter in ſe complectitur.
Ergo illud, ſi exiſtat, infinitâ pœnâ caſtigari meretur. Jam vero
elicti gravitas creſcit tum juxta perſonæ læſæ dignitatem,
um juxta lædentis vilitatem. V. G. contumelia adverſùs Regem
olio inſidentem a villico admiſſa multo gravior eſt, quam ſi
b eodem in prætorem ſui pagi admiſſa fuiſſet. Ergo, ſi
nos naturæ finitæ homunciones infinitam Dei Majeſtatem
ſpernere auſerimus, tunc infiniti delicti nos reos eſſe patet.
Jamvero ſiquis Dei infinité perfecti, quem optimé novit
graviſſima et præcipua mandata plané ſciens et liber trans-
greditur, quid ille ſecum animo volutat, quid tunc dicere
videtur? „ tu vis, o ſumme rerum omnium creator et
„ domine, ut hæc agam aut fugiam. Ego autem nolo. "
Sic erga Deum, ſin minus dictis, at certe factis et cogi-
tatione, ſe gerunt plerique magni et indurati peccatores.

Nonne hæc deliberata imperii detractio verum et pro dictum imperantis contemptum et contumeliam in ſe com plectitur? Nonne illa proinde infinitam delicti gravitatem continet? Ergo hæc eadem imperii detractio quodam infiniti ſupplicii genere plectenda eſt, niſi nos ratio fruſtra docuerit, eó graviús puniendum eſſe unumquemque reum, quó gravius ille peccaverit. Hoc ſané conſonat ideæ, quam nobis ratio exhibet de legibus accuratæ juſtitiæ. At vero non ſolum accurata, ſed infinita eſt ſupremi numinis juſtitia. Quapropter reus, de quo ſermonem habuimus, infinito modo plectendus eſſe videtur, niſi illum ante mortem pœniteat. Sed finita hujus natura impar eſt ſuſtinendæ pœnæ, quæ foret, ut ajunt, intenſivé, ideſt, nunc et actu infinita. Hæc pœna igitur diuturnitate temporis infinita erit, et proinde æterna. Hoc argumentum cunctis philoſophis et theologis notum eſt. Quomodo autem Kantiani poſſunt illud diſſolvere? Imo quomodo poſſunt ſolâ rationis ope arguere, fore, ut Deus in memoratâ hypotheſi parcere peccatis unquam voluerit, ſi nulla ſint infinita redemptoris cujusdam merita? Multa præclare de infinitâ Dei bonitate et miſericordiâ Deiſtæ loquuntur. *Quare autem* infinitam ejusdem ſanctitatem et juſtitiam reticent? Ergo tandem hæc opinio, quam plerique terrarum populi de æternis ſuppliciis poſt mortem ſubeundis tenuerunt, atque adhuc tenent, et quam tot patratis miraculis chriſtiana munivit Relligio, comprobatur ipſâ ratione, nedum, eâdem judice, damnetur. His omnibus manifeſto patet, quam ſtrictum et quam infinitum imperandi jus, quam immenſa vis obligandi conſcientiam legi naturali ſubeat. Nonne hic diſputandi modus Kantianæ methodo utilitate præcellit? Sic nec ſceptici, nec Athei, nec omnium moralium legum everſores, ſed probi et virtute præditi cives informantur.

Quamvis

Digitized by Google

ſobile a-
ro dis-
itur,

Quamvis Deus tantis præmiis et poenis au-thoritatem legis naturalis munitam eſſe voluerit, ı inde tamen ſequitur, mandata illius ideo ſolum nobis : ſervanda, ut poſt mortem præmia aſſequi et pœnas ;ere poſſimus. Illa quidem ſperare, et hæc timere debemus, eorum auxilio ad recté agendum voluntates noſtræ im-.lantur. Alioquin innata felicitatis cupiditas, cujus jam nobis mentio facta eſt, et quam nemo mortalium usquam ımare potuit, animas in ſolâ temporalium bonorum fruitio- : neceſſario nexu conſtringeret. Sed diſtinguendum eſt obile a motivo. Prius vires nobis ſubminiſtrat, quó poſ-t húc vel illúc anima tendere. Poſterius autem eſt finis et tio, cur anima velit huc vel illuc tendere. Licet quidem ıerare præmia et timere ſupplicia, quæ, cum æterna ſint, ınt procul omni dubio ſpe et metu omnium mortalium gniſſima. His nemo ratione præditus renuntiare poteſt, proinde illa, non hypotheticam, ut Kantiani effutiunt, d abſolutam et vere imperatoriam agendi neceſſitatem vo-ntatibus noſtris exhibent. Præterea autem alius finis eſt ul-rior, quam unusquisque ſibi in agendo proponere tenetur. ic ſane finis non eſt Ratio, ut Kantius ſomniat, ſi illa a eo diſcrepet, verum is, cujus infinitam dignitatem nobis ıtio declarat. Porro hæc nos manifeſté docet, 1. é duobus nibus, quorum unus magis, alter autem minus perfectus ſt, huic illum anteponendum eſſe, 2. Ex omnibus rebus ıerfectiſſimam eſſe Deum. Quapropter Deus ipſe imperans lebet eſſe in omnibus, quæ aguntur, finis agendi præcipuus, quamvis Kantianis placuerit hunc finem perfectiſſimum, qua-ı materialem atque vitioſum, procul a ſe rejicere.

O miſeros homines, qui portiunculæ extenſionis, quæ nomine rationis ab eis vocatur, obtemperare malunt, quam uxta ſapientiſſimam et omnipotentem Dei infinité perfecti vo-ıntatem voluntates ſuas dirigere!

Kantii principiorum falſitas vel inſufficientia.

Unde nunc eruere poterimus varia, qu naturalis imperat, officia? An licebit ea de ex his tribus Kantianorum principiis: *Si ut ſive in te, ſive in aliis naturâ humanâ ſemper ut fine, quam autem ut medio utaris. — Age ſemper juxta reg quarum unaquæque in legem univerſalem converti debere Age ſemper eo animo, quem non ſolum tibi, ſed etiam gulis et omnibus creaturis ratione præditis animum vel vel fieri velles?* Tribus ex his principiis primum, *ut* annotavimus, falſum eſt, quia, ſi Deus ſit finis ultim quem nobis in agendo proponere debeamus, nunquam h manâ naturâ, ut fine, ſive in nobis, ſive in aliis utendu eſt, ſed ſemper ut medio, quo Dei mandata exequi poſſimus. Duo quidem alia principia vera ſunt. Sed illa noſtris mentibus nihil determinati, nihilque perſpicui exhibent. *Illa* enim minimè docent, in quo ſitæ ſint hæ regulæ, *quarum* unaquæque in legem univerſalem convertenda eſſet, neque in quo conſiſtat hic animus, quem non modo nobis, ſed etiam omnibus aliis hominibus animum eſſe aut fieri vellemus.

Omnia legis naturalis officia ex uno principio eruuntur.

Nos autem volumus experiri, an *feliciùs erui* valeant omnia ſimul et ſingula diſci*plinæ* morum officia ex uno ſolum axiomate, nempe e ſupremo cæterarum ſcientiarum principio: *nihili nulla eſt proprietas.* Quo quidem principio nihil non modo ſimplicius, ſed evidentius eſſe poteſt. Si nihili nulla ſit proprietas, illud profectò nullâ exiſtimatione, nulloque amore dignum eſt. Res igitur ſolas æſtimare ſolasque amare debemus. Exiſtimatio ad perfectionem, amor autem ad bonitatem referuntur. Quod enim nullâ perfectione et nullâ bonitate præditum eſſe videtur, illud nec æſtimari, nec diligi a nobis ullo modo poteſt. E duabus rebus, quarum una pauciores perfectionis vel bonitatis gradus, quam altera continere videtur, priorem minoris facere, minusque diligere, quam poſteriorem,

Digitized by Google

a, debemus. Alioquin exceſſus exiſtimationis vel amoris merum nihilum caderet. E duabus autem rebus, quan una tot perfectionis vel bonitatis gradus, quot altera; mplect videtur, utraque æqualem exiſtimationis vel dileonis gradum conſequi meretur. Uno verbo, quó res ſive rfectior, ſive melior eſſe prudenter a nobis atque boná fie judicatur, eó pluris facienda et plus amanda nobis eſt. uibus principiis ſiquis accuraté obtemperare velit, ille jure meritó tum erga creatorem atque omnes ejus creaturas, um erga ſeipſum juſtitiæ et æqui obſervantiſſimus habebitur, uia hocce modo unicuique rei, quod ſuum eſt, perſolvet.

Officia era Deum. His poſitis principiis, nunc ratiocinemur. Infinité perfectus atque infinité bonus Deus eſt. Ergo bsque ullis limitibus, id eſt, ſuper omnia æſtimandus, coendus et diligendus eſt. Nihil autem eſt exiſtimationi et veerationi magis contrarium, quam blaſphemia, imprecationes, perjuria, ſacrilegia, profanationes et contemptus eorum, quæ ad Deum pertinent. Nihil quoque magis amori, quam odium Dei opponitur. Hæc proinde vitia ſedulo nobis vitanda ſunt. Voluntas creatoris eſt infinité magis perfecta et melior noſtrâ voluntate. Quidquid igitur nobis Deus præcipiet, illud propriis voluntatibus et vehementiſſimis an marum noſtrarum cupiditatibus anteponendum eſt. Divina voluntas, ut pote infinité perfecta, longe potior eſt, quam omnium regum et totius humani generis voluntates. Ergo ſatius eſt Deo, quam hominibus obedire, et ad martyrium conſtanti animo pergere potius, quam vel in leviſſimis illius mandata transgredi. Verum his variis officiis non ſolum nobis, ſed etiam omnibus aliis mortalibus fungendum eſt. Quapropter, ſi Deum ex toto corde totisque viribus, ut par eſt, diligimus, enitemur omni ope atque operâ, ut hæc eadem officia ab uxoribus, filiis, famulis cæteriſque ditioni noſtræ ſubjectis hominibus rité perſolvantur. Hinc patet etiam principes et magi-

magiſtratus, non ſolum ut chriſtianos, ſed ut viros auth[illegible] tate publicâ inſtructos, teneri potiſſimúm curare, ut [illegible] blaſpemi et ſacrilegi, tum Materialiſtæ, Sceptici et Athe[illegible] tum alii impiarum novitatum diſſeminatores vi et metu leg[illegible] coerceantur,

Sic omnes homines ſunt a naturâ comparati, ut ſim[illegible] ac ſe vident in extremo vitæ periculo conſtitutos, nec ul[illegible] ſpes auxilii vel a ſe, vel ab aliis obtinendi ampliús affulget tunc animum, oculos et manus ad cœlum convertant, e[illegible] opem ſupremi numinis ſuppliciter petant. Quod quidem illi, nullâ meditatione præviâ, ſed ſubitó et quaſi inſtinctu peragunt. Hic mos non ſolum apud morigeratas gentes, ſed etiam apud ſemiferas, quæ, pecudum more, nemora ſylvarum incolunt, nunc ubique viget et ſemper viguit, ac proinde ducit originem ab eo, qui naturam humanam condidit. Hinc concludere eſt, Deum, cui ſemper atque in omnibus obtemperandum eſt, jubere, ut nos et cæteri mortales vota et preces ad eum feramus. Hinc et ex eo, quod lex naturalis plura adhuc alia præceperit, naſcitur publicæ religionis neceſſitas. Nam pleraque ex antea memoratis et poſtea memorandis officiis omnes facilé ignorarent vel omninó negligerent, niſi ſæpiſſimé de illis monerentur, et ad ea ſervanda alii alios mutuis exemplis incitarent. Idcirco illos in unum frequenter convenire oportet, tum ut preces et cultum obſequii, reverentiæ et amoris erga Deum perſolvant, tum ut publicarum concionum auxilio intelligant ſupremam illius naturam et omnia, quæ ab eo per legem naturalem præcepta ſunt. Quod quidem officium neceſſario ſupponit et poſtulat peculiares quosdam religionis miniſtros. Vulgus autem tot et tam urgentibus vitæ neceſſitatibus gravatur, ut in unum coire et his ſacris muniis defungi quotidie nequeat. Quapropter ratio ipſa præcipit, ut inſtituantur certi quidam feſti dies, qui proximo intervallo alii ab aliis diſſideant. Sæpe autem

evenit,

Digitized by Google

enit, ut per imbres, frigora et calores non liceat religioſos
etus ſudo et aperto aere celebrari. Itaque templa exſtrui ju-
et eadem ratio.

Forte contingere poteſt, ut quis præſtantiſſimo ingenio præditus perveniat, ſine ullo Revelationis auxilio, ad notitiam tum exiſtentiæ et infinitarum ſupremi numinis perfectionum, tum ſimplicitatis et immortalitatis animarum, tum præcipuorum officiorum quibus erga Deum, homines atque nosmet ipſos tenemur. Attamen, fatendum eſt, vix unum eſſe Philoſophum in terris, qui hæc omnia ſolius rationis ope contingere poſſit. Quod quidem naturæ viribus ſic præcellere videtur, ut ad probandum, factam fuiſſe *olim* a Deo Revelationem, hoc unum ſatis ſit, nempe quod valet nunc humana mens facillimé usque ad has multiplices et altiſſimas veritates aſſurgere. Quas profecto vulgus mortalium nec ſibi propriæ rationis viribus comparare, nec jam comparatas ſervare diu potuiſſet, niſi potentioris cujusdam naturæ auxilium præſto adfuiſſet. Quam labilis, quamque infirma ſit humana ratio, nonne abſurdiſſimi Paganorum et recentiorum Philoſophorum errores apertiſſimé declarant? Quamvis enim primævarum Revelationum reliquiæ illis ſupereſſent, hi autem veritatem quaſi pleno flumine a teneris ebiberint, quot et quanta tamen opinionum monſtra foras prodiderunt! Ergo monet ipſamet ratio, neceſſarium prorſús eſſe, ut viſibili quâdam Revelatione legem naturalem Deus munierit, ſi ille vult, ut ea a nobis ſervetur. Quapropter, ſiqua nobis occurrat religio, quæ tum infinité perfecti numinis naturam, tum varia, quæ jam nobis nota ſunt, naturalis legis mandata, tum animarum noſtrarum excellentiam ſimul et infirmitatem optime doceat, atque aliunde ſufficientibus argumentis, præſertim miraculis, munita eſſe videatur, illam amplecti palamque profiteri tenebimur; nec myſteria, ſi

Digitized by Google

ſi nonnulla fortaſſe in eâ occurrunt, impedient, quominus ad eam convertamur, quia ſcilicet ipſamet natura, imo a certiſſima quævis diſciplina plurimis abundant myſteriis. Videtiſne, Domini Kantiani, quam proximé accedat lex naturalis ad ſanctiſſimam, in quâ nati eſtis, religionem? Quare hæc omnia ſapientiſſimus Magiſter veſter reticuit? Nonne ille ſcire debuiſſet, omnia erga nos et alios homines officia in officiis erga Deum præſtandis, quaſi fundamentis nixa recumbere? An pudebat eum chriſtianos inter *Philoſophos* recenſeri?

Officia erga proximum. Poſitum a nobis principium ſecuti, nunc inveſtigemus officia, quibus erga proximum tenemur. E duabus rebus æqualibus unam alteri anteponere prohibet ratio, quia neutra eſt perfectior nec melior, et proinde neutra exiſtimatione vel amore dignior alterâ *eſt*. Porro, in ordine naturæ, duo homines ſibi ſunt invicem æquales, quia in utroque eadem eſt corporis et animæ natura. Siquid autem diſcriminis intercedat, illud adeo leve eſt atque exiguum, ut pro nihilo habendum ſit. Nulla idcireo cauſa eſt, cur alter ſe pluris faciat et ſe *magis altero* diligat. Ergo, quod Chriſtus præcipit, illud etiam lex naturæ jubet: *diliges proximum tuum, ſicut te ipſum*. Inimicus non exuit communem tibi naturam propter odium, quo te perſequitur. Unde non minus ratio, quam religio, imperat, ut vel inimicum tuum diligas. Quapropter prohibentur, vi regis naturalis, odia, rixæ, contemptus, convicia, detrectationes, calumniæ, furta, uſuræ, homicidia, ſtupra, adulteria, ſcandala et, quæcunque poſſunt proximi honorem, fortunas, corpus et animam lædere prohibentur. Cæteris paribus, duo, trigenta, centum, vel mille pluris ſunt, quam unus, quia non ſolum majus, ſed etiam melius eſt totum ſuâ parte. Itaque publica utilitas privatis et propriis utilitatibus anteponenda eſt. Quó magis creſcit

hom-

minum numerus, et gradus tum bonorum, quæ in eos nferre, tum etiam malorum quæ ab eis avertere poſſnus, eó magis hujus exequendi officii creſcit neceſſitas. antó ſalus omnium civium ſalute unius potior eſt, quantó agis illi hunc numero ſuperant. Ergo non ſolum dulce decorum, ut ait poeta, ſed, ſi res poſtulat, omninó neeſſe eſt pro patriâ mori. Ergo, cum exteræ gentes ex ominibus noſtri ſimilibus conflentur, earum etiam ſalutem detrimento vitæ noſtræ incolumem ſervare et redimere debemus. Non unius viri eſt, ſed ad totam rempublicam vita Principis pertinet, ac proinde mortem fortiter et libenter non ſolum pro tuo, ſed etiam pro externo principe ſervando ſubire teneris. Ergo a fortiori nullas inſidias, nullas clandeſtinas vel apertas machinationes contra ejus authoritatem aut incolumitatem ſtruere audebis. Cum, ut ait ſaluſtius, omnes rerum mutationes cædem, fugam, aliaque hoſtilia portendant; cumque nemo privatus ſcire poſſit, an multo plura mala ex iis, quam bona proventura ſint, hinc patet rebelles, perturbatores et proditores patriæ eſſe omnium hominum ſceleratiſſimos.

Sic Deus naturam hominum inſtituit, ut beati extra ſocietatem vivere nequeant, imo ut plerique nollent, etiam ſi poſſent. Hinc Deum eſſe ſocietatis authorem aperté ſequitur. Sed qui vult finem, vult etiam media, ſine quibus ad eum nemo pervenire poteſt. Jam vero ſocietas ſine uno vel plurimis rectoribus conſiſtere nequit. Ergo ſupremi civitatum adminiſtratores non tam ab hominibus, quam ab ipſo Deo jus imperandi acceperunt. Illi ſine legibus et tributis regere nequeunt. Ergo Deus ipſe jubet, ut tum legibus Principum pareamus, tum vectigalia eis perſolvamus. Illi quoque non poſſunt adminiſtrare rempublicam, niſi jus gladii poſſideant. Ergo, licet homines, juxta naturæ ordinem, ſint omnes alii aliis æquales, tamen cum ſocietas duxe-

duxerit originem ab eo, qui pro voluntatis ſuæ arbitrio poſſ unicuique mortalium vitam eripere, concludendum nobis eſt Deum ipſum jubere, ut principes authoritatem ſibi propriam vindicent tum carceribus publicis mancipandi, tum bonis ſpoliandi, tum etiam capite plectendi fures, homicidas, et alios nefandis artibus addictos nebulones. Propter eamdem rationem jus belli iisdem competit. Hæc omnia vera eſſe patet, non ſolum ex eo, quod divina voluntas potior ſit humanis voluntatibus, ſed etiam ex eo, quod anteponere debeamus fruitionem bonorum, quæ ex ſocietatis commercio redundant, innumeris ſolitariæ vitæ calamitatibus, publicam utilitatem privatis paucorum commodis, totiusque gentis ſalutem divitiis, libertati et vitæ nonnullorum hominum, qui vi armorum, aut callidis artibus omnia vitæ commoda cæteris eripere conantur, ut ea ſibi propria vindicent. Hinc etiam *naſcitur* perjurii et mendacii odium, et proinde ſervandorum pactorum fides, quibus totius ſocietatis ſumma, velut fundamentis, nititur. Hinc mutua parentum in filios et filiorum in parentes officia, quæ prima ſunt ejusdem ſocietatis incunabula. Ex eodem fœcundiſſimo principio fluit *eleemoſynæ neceſſitas.* Ut enim e duobus bonis majus minori, ſic e duobus malis minus majori anteponendum eſt. Jam vero minus malum eſt, quod tu lautis dapibus careas, quam frater tuus, cui panis nullus eſt, fame intereat. Minus etiam malum eſt, quod e duabus veſtibus, quarum altera ſervandæ tibi vitæ non neceſſaria eſt, unam abjicias, quam frater tuus, cui nulla omnino eſt, frigore enectus pereat. Quapropter ex præcepto naturæ teneris non ſolum ſupervacua dimittere, ut opituleris communibus pauperum miſeriis, ſed etiam maxime utilia tribuere, ut extremis eorum neceſſitatibus conſulas.

Officia erga ſe ipſum.

Idem principium eâdem facilitate expediet omnia erga nosmet ipſos officia. Homo conſtat duabus naturis ſcilicet corpore et animâ. Hæc illo eſt longe

præ-

præſtantior. Ergo prioris bona eis, quæ poſterioris bona ſunt, anteponere debemus. Quemadmodum homo é duabus naturis, ſic anima conſtat é duabus facultatibus, nempe intellectu et voluntate. Veritas intellectûs bonum eſt, virtus autem voluntatis. Quó quis enim cæteris mortalibus doctrinâ et virtute antecellit, eó perfectior eſt illius anima. Utraque dos igitur primas tenere debet atque anteponi divitiis, honoribus, voluptatibus ſenſuum, formæ venuſtati, imo et virium firmitati, quæ ſolius corporis bona ſunt. Quidquid eſt verum, illud reale eſt. Error autem et mendacium circa nihilum verſantur. Cum res nihilo, utpote melior, anteponenda ſit, error, quantum fieri poteſt, mendacium autem atque perjurium ſemper et ſedulo nobis vitanda ſunt. Ratio magiſtra ſola eſt, quæ nos veritatem edocet. Illam cæteris animæ facultatibus reginam et imperatricem Deus conſtituit. Ut igitur divinæ voluntati humana debet eſſe ſemper obnoxia, ſic nihil ex eis, quæ prohibet ratio, velle vel agere nefas eſt. Illa rectoris munere totiés optimé fungitur, quotiés veri tramite non aberrat. Quapropter, quantum licebit per tempus, fortunas aut per facultates ingenii, debes omni ope atque operâ eniti, ut tenebras erroris atque ignorantiæ procul a mente tuâ amoveas. Hinc odium veritatis ſcelus eſt. Hinc hujus aſſequendæ neglectus culpa ſæpe graviſſima. Hinc privatæ et publicæ inſtitutionis oritur neceſſitas. Hinc curandum eſt viris principibus, ut ſcientiæ et artes reipublicæ utiles in civitatibus floreant, parentibus, ut filii, et paſtoribus, ut oves erudiantur. Omnes ſimul diſciplinas et artes callere nemini unquam datum eſt. Sed unusquisque hominum virtutem colere et propria ſuæ conditioni officia ſedulo implere tenetur. Ratio igitur præcipit, ut quisque, pro tempore, ingenio et viribus, variis diſciplinæ morum legibus ſtudeat, et eas inprimis noverit, quæ ad munus ſuum rite exercendum requiruntur. Sua ſunt virtuti et vitio in intimo corde domicilia.

Qua-

Quamobrem vitanda ſunt non ſolum publica et externa, ſed etiam occulta et interna vitia, veluti perverſæ cogitationes et cupiditates, prava conſilia, invidiæ, ſimultates, odia intimis animis latentia, et hæc ſolitaria et execranda flagitia, quæ caſtis moribus et inſtitutioni naturæ adverſantur. Ergo omnes cupiditates, quæ ad corporis conſervationem aut propagationem referuntur, ſemper rationis legibus ſubjacere debent, nec ejusdem membris, ut eas perfringamus, unquam uti licet. Deus horrorem ſuicidii non ſolum hominibus, ſed etiam brutis animantibus maximum indidit. Ergo ille vetat acerrimé, nequis in ſeipſum manus violentas convertat, atque ſibi ultro vitam eripiat. Quidquid autem ille vetuerit, illud fugere debemus. Voluntas enim creatoris creatæ cuilibet voluntati, utpote melior, anteponenda eſt.

Multa quidem in hunc modum poſſemus de *cæteris virtutibus* et vitiis diſſerere. Verum, quæ diximus, hæc abunde ſufficiunt. Siquis vult experiri, ille brevi comperiet, omnia et ſingula diſciplinæ morum officia ultro et quaſi ſponte ſuâ diffluere ex eodem ſimpliciſſimo ſimulque evidentiſſimo principio, quod ſic evolutum alibi fruſtra quæſieris. *Cujus* inventi laudem propriam nobis vindicare nolumus. Illud enim accepimus a quodam doctiſſimo ſimul et, dum viveret in terris, modeſtiſſimo Philoſopho, cujus nomen in medium proferendi alia brevi fortaſſe dabitur occaſio. Sic lex naturalis non ſolum gaudiis conſcientiæ et ſtimulis, quaſi quodam inſtinctu et ſenſu morali nobis innoteſcit, ſed etiam illa evidenter fluit ex unico et primo omnium ſcientiarum principio, atque ita ſedem conſpicuam inter diſciplinas certiſſimas jure ac merito conſequitur. Quid ſimilis de Ethicâ Kantius veſter diſſeruit? Quare igitur tam exiguæ ſtaturæ Philoſophum laudibus ad cœlum usque extuliſtis? Quare nonnulli ex vobis modicam iſtius pœdagogi in explicandis morum diſciplinæ legibus peritiam cum infinitâ hominis Dei ſapientiâ conferre

auſi

uſi ſunt? Quid contra et quidem merito diceretis, ſi vellemus talem et tantum honorem præſtare huic egregio et chriſtiano ſcriptori, cujus e colloquiis memoratum principium mutuati ſumus?

Animæ ſimplicitas.

Verum reſtat unum e profundiſſimis vulneribus, quibus Kantiani fere totum veræ Philoſophiæ corpus confoderunt. Huic tandem mederi neceſſe eſt. Nunc igitur operæ pretium eſt humanas animas ad ſimplicitatem ſuam revocare. Ut certo poſſimus cognoſcere, an extenſio et anima eâdem et communi naturâ potiantur, ſatis erit perpendere atque invicem conferre varias proprietates, quas utraque ab authore rerum ſortita eſt.

Omnis extenſio certâ quâdam figurâ et magnitudine donatur. Quid cenſetis, Domini Kantiani? Videte, aut, ſi fieri poteſt, palpate veſtras animas et dicite, quænam ſit earum figura, quot illæ cubitos aut lineas in ſe contineant. An magnæ vel parvæ? An quadratæ vel rotundæ? An obliquæ vel rectæ ſunt? Quid reſponſi dat vobis conſcientia?

Omnis extenſio eſt coloris patiens, nec poteſt ſine colore videri. Quis proprius eſt veſtris animabus color? An illæ rubicundæ aut virides? An albæ aut nigræ ſunt? An, ſicuti alia corpora, his et aliis coloribus compictæ alternis vicibus apparent? Non enim deſcendimus in eam ſententiam, quæ non minus rationi, quam ipſi conſcientiæ adverſatur, quæque in eo ſita eſt, ut colores nihil aliud, eſſe credideris, quam animæ noſtræ modificationes.

Ideo diviſibilis eſt ex naturâ ſuâ omnis extenſio, quod é variis extra ſe poſitis partibus neceſſario conſiſtat. Alioquin illa deſineret eſſe extenſio. Putatis animas veſtras eſſe diviſibiles? Cogitatio, volitio, laetitia, mœror nihil aliud ſunt, quam ipſa anima, quæ cogitat, vult, lætatur

aut

Digitized by Google

aut dolet. An exiſtimatis, dari mediam, tertiam, quartam partem cogitationis, volitionis, lætitiæ, mœroris? Sæpe quidem fit, ut objectum cogitationis, V. G, extenſio, quæ cogitatione percipitur, reverâ dividatur. Sed quærimus a vobis, an ipſa cogitatio, V. G. cogitatio perfectiſſimæ unitatis, vel hujus principii: *idem non poteſt eſſe ſimul et non eſſe*, in plura fruſta ſecari valeat? Quid reſpondet etiam vobis conſcientia?

Omnis et quælibet demum extenſio poteſt juxta leges motuum percuti, de uno loco in alium transferri, carceribus includi et cum aliâ extenſione lineis conjungi. Quærimus a vobis, an ſub hisce novis delineamentis faciem animarum veſtrarum agnoſcatis. Licetne cogitationi aliam cogitationem collidere, dimidium motûs ſui cum eâ dividere, eamque verſús meridiem vel ſeptentrionem impellere? Suntne cogitationes elaſticæ, aliæ molles, aliæ autem duræ? An poteſtis quibusdam carcerum *limitibus* eas circumſcribere animas, quibus vel unico inſtanti omnia mundi ſpatia transvolare, et usque ad ens infinitum pennis cogitationis conſcendere licet? Denique nullum eſt punctum extenſionis, ex quo linea ad aliud punctum duci vel ducta ſupponi non valeat. Dicite, an poſſibile ſit lineam ab intellectu ad voluntatem, ab amore ad odium, ab unâ cogitatione ad aliam ducere? Poſſuntne omnium Angelorum et hominum animæ lineis rectis et transverſis ſic aliæ aliis conjungi, atque colligari, ut Matheſis diſtantiam cogitationum et voluntatum veſtrarum ad cogitationes et voluntates cæterarum animarum metiri valeat? Hæc omnia fieri non poſſe vel ipſorum Kantianorum animæ conclamant et altâ voce prædicant. Quare ergo ſimplicitatem animarum nullis argumentis demonſtrari poſſe docuiſtis? Nos quidem fatemur, nunquam futurum fuiſſe, ut voluiſſetis talem doctrinam profiteri, ſi cuncta, quæ ex hâc dimanant, pericula vidiſſetis. At vero, quæ tam clara atque aperta ſunt,

quo-

Digitized by Google

quomodo non vidiſtis? Sinite, ut Relligio et patria lacrymis ſuis proſequantur calamitates adoleſcentium, qui talibus decepti principiis poſſunt in omne flagitii genus proruere.

Quod nos hucusque diximus, hoc ſane ſatis eſt. Si enim extenſio et anima nullas proprietates ſibi communes habeant, tunc non eamdem eſſe utrique naturam evidentiſſime probatur. Vultisne autem, ut in medium proferamus aliud argumentum, unde res adhuc clarior pateat? Animæ noſtræ judicant. Cujus facti veritatem teſtatur nobis conſcientia. Supponamus ergo animam eſſe extenſam et tribus tantummodo punctis ſimplicibus conſiſtere. Hinc enim manifeſtiús patebit, quantum anima ab omni extenſione abhorreat. Quærimus a vobis, quomodo contingere poſſit, ut illa vel minimum judicium, V. G. *ſol eſt rotundus*, proferat. Hoc enim judicium tres neceſſario requirit ideas, 1. ideam ſubjecti, nempe *ſol*, 2. ideam attributi, nempe *rotundus*, 3. copulæ, nempe *eſt*. Illud præterea poſtulat, ut idea attributi cum ideâ ſubjecti conferatur. Alioquin inter utramque convenientia nullatenus per copulam affirmari poſſet. Quid ergo futurum eſt? An tres memoratæ ideæ ita tribus in punctis diffundentur, ut unumquodque ex eis valeat tres illas ſimul cognoſcere, cognitas inter ſe conferre, atque proprium, ſeorſim ab aliis punctis, et peculiare judicium inſtituere? Tunc autem quod probare voluimus, illud aſſequemur. Nam in hâc hypotheſi ad res ſolas ſimplices facultas judicandi pertinebit. Præterea tunc erunt tres animæ et tria ſimul judicia. Quod profecto noſtræ conſcientiæ repugnat. Unam enim duntaxat animam unumque judicium ſentimus. Quapropter Materialiſtæ fateri coguntur, tres ideas ſic in tribus punctis eſſe dividendas, ut in primo idea ſubjecti, in ſecundo idea attributi, et in tertio idea copulæ habitent. Verum impoſſibile tunc eſſe judicium manifeſté patet.

Nam

Nam primo puncto ſola ſubjecti idea, nempe *ſol*. ſecun[do] ſola attributi, nempe *rotundus*, tertio ſola copulæ, nem[pe] *eſt*, nota erit. Ergo nullum ex his tres ſimul ideas co[m]parare poterit, nec proinde judicare ſolem eſſe rotundu[m]. Quæ quidem puncta, licet ſimul jungantur, non ideo min[us] tria ſunt entia, quæ alia ab aliis non magis dependent, quam tres homines, quorum corpora vinculis ſimul et proxime conſtricta tenerentur. Nam, velut hi, ſic illa rurſùs alia ab aliis ſejungi et ſeorſim exiſtere poſſunt. An exiſtimatis poſſe judicium quodlibet proferri ab his tribus hominibus, quorum unus ſolam ſubjecti, ſecundus ſolam attributi, et tertius ſolam copulæ ideam cognoſcerent! Hæc eadem tria puncta eſſent quoque ſimilia geographico cuidam globo, cujus ſingulis partibus conſcientia ſui ſeorſum ineſſet. An quatuor mundi partes, quæ in hoc globo deſcriberentur, et quarum unaquæque ſe unam cognoſceret, poſſent mutuas de ſe cum cæteris comparationes mutuaque judicia inſtituere? Num Europæ liceret dicere: Ego ſum minor Americâ.? et Africæ: Ego ſum Aſiâ calidior? Ergo patet evidenter res quaslibet extenſas inſtituendis judiciis eſſe omnino impares. Quod nos de judiciis dicimus, illud ſimiliter dicendum eſt de ideâ ſimplicitatis et perfectiſſimæ unitatis, quæ profecto nullatenus poteſt tribus in punctis dividi, et quæ, ut delirant Kantiani, non eſt mera abſtractio. Cum autem uniuscunque anima ſe tum de pluribus rebus judicare, tum de ſimplicitate et unitate perfectiſſimâ cogitare ſentiat, hinc animas inextenſas atque omnino ſimplices eſſe evidenter ſequitur. Neſcimus, an Matheſis aliquid clarius doceat.

Rogamus, Domini Kantiani, ut injucundas quidem, ſed utiles criticæ noſtræ ærumnas paulo adhuc diutius patienti[a] veſtra ſuſtineat. Tertia vobis ſupereſt epiſtola. Cujus legendæ moleſtia ultimum erit piaculum, quod benigna et pa-

rum

Digitized by Google

..um in filios ſuos ſevera mater Religio, propter illatas tum ..ibi tum veræ Philoſophiæ injurias, repetendum a vobis eſſe ..rbitratur.

Valete.

F. M. P. P. L. T. C. C. P. Unus ex Academiâ ſcientiarum, artium et litterarum. * Parochorum Secretarius.

Quomodo cecidiſti de cœlo, Lucifer, qui .... dicebas in corde tuo: in cœlum conſcendam.... ſimilis ero altiſſimo? Iſai. cap. 14.

Digitized by Google

Epiſtola tertia ad Kantianos.

Alia Kantianæ Philoſophiæ falſitatis argumenta.

Mens longis et ſeriis meditationibus fatigata brevi relaxatione indiget. Sinamus igitur, ut illa in amœnis et lepidis Kantianorum ſomniis paulisper immoretur et quieſcat. Jam ſæpe mirati ſumus, nec, medius fidius, ſatis mirari poſſumus Dominum Immanuel Kant, qui cum prænomen, quod hebraico ſermone *nobis cum Deus* ſignificat, naſcendo ſortitus fuerit, ſyſtema condidit, cujus poſitâ veritate, ille procul omni dubio Deus eſt, et divinitatis ſuæ honores non minus benignâ, quam omnipotenti manu cum diſcipulis ſuis partiri dignatus eſt. Mundum enim ſenſibilem, ſcilicet illum, qui ſolus nobis innoteſcit, a Kantianis ordinatum imo et e nihilo eductum fuiſſe jam ſupra vidimus. At vero illi non ſolum ſapientiam Dei infinitam et omnipotentiam ſic imitati ſunt, ſed etiam ejusdem in omnibus locis præſentiæ participes eſſe videntur. Ut enim Deus univerſum orbem in ſuæ immenſitatis gremio complectitur, ſic integritatem ſenſibilis mundi in ampliſſimâ animorum ſuo-

ſuorum ſubſtantiâ Kantiani gerunt et continent. Quæ mundus hic immenſus illorum ſenſibus exhibet, hæc omnia in eorum receptivitate, id eſt, in eorum animis congeruntur. Illic enim, nec alibi, cuncta ſenſibilis orbis phœnomena ſpontaneitas cudit et perficit.

Sed proh luctuoſam cœleſtium rerum converſionem! Quid portendunt hæc nova, quæ ſe attonitis oculis pandunt, ſpectacula? Nempe quod olim in titanico bello fortunatis Olympi incolis accidit, illud idem miſeriæ genus in novam Kantianorum Deorum turbam ingruit. Quemadmodum enim maxima pars cælicolûm nefariis armis perterrita, ut tutiús laterent, alii montium et fluminum formas induerunt, alii in ſerpentes, feles, cepas et diverſi generis legumina ſeipſos mutavere, ſic Kantiana numina vertuntur et immutantur quotidie in ſtellas et homines, modo in lupos, leones, tigridas et urſos, modo in volucres vel reptilia, jam in plantas et arbores, poſtea in campos, montes et flumina, denique in res omnes varias, quibus conſiſtere videtur mundus ſenſibilis, atque iſtæ metamorphoſes ita accurate et incredibili modo fiunt, ut non ſolum Kantiani omnium prædictarum rerum figuras induant, ſed etiam earumdem attributa perficiant atque conſtituant.

Nolite arbitrari, Domini Kantiani, hæc a nobis non tam ſerio, quam jocoſe proferri. Hæc eſt enim philoſophica diſſertatio, minime autem comœdia. Fieri quidem poteſt, ut quis deinde in Germaniâ reperiatur vates, qui, plaudente populo, Philoſophiæ veſtræ principia comicam ſcenam conſcendere jubeat. Hoc enim argumenti genus ſeges locupletiſſima riſuum nobis eſſe videtur. Hujus autem negotii cura nullo modo ad viros Parochos pertinet. Cæterum nihil eſſe verius, quam quæ a nobis dicta ſunt, ſic in formâ probamus:

Forma Kantianæ receptivitatis, prout hujus forma eſt, conſtituit attributa omnium rerum, quas Kantiani in mundo ſenſibili oculis percipiunt.

Atqui forma Kantianæ receptivitatis, prout hujus forma eſt, res una eſt et eadem, ac ipſimet Kantiani.

Ergo Kantiani ipſi conſtituunt attributa omnium rerum, quas in mundo ſenſibili percipiunt, ac proinde in eas convertuntur.

Hic ſyllogismus, qui, ut ipſi videtis, nihil omnino ex amœnis comœdiæ leporibus ſapit, omnibus logicæ formis inſtruitur. Quid igitur in eo negandum eſſe cenſetis? An majorem? An minorem? An conſequentiam? Major ex ipſis, conſtat principiis, quibus totum ſyſtema nititur. Conſequentia é præmiſſis evidenter fluit. Ergo ſola minor probanda ſupereſt, quam ſic pariter in formâ probamus:

Receptivitas, juxta Kantianos, eſt facultas eorum animarum, quæ certe rem unam et eandem cum ipſis efficiunt.

Atqui forma receptivitatis, prout hujus forma eſt, rem unam et eandem cum receptivitate pariter efficit, *quia forma cujuscunque rei nihil aliud eſt, quam ipſa res tali vel tali modo informata et conſtituta.*

Ergo forma Kantianæ receptivitatis, prout hujus forma eſt, rem unam et eandem cum Kantianorum animis, et proinde cum ipſismet Kantianis efficit. Jam vero hæc forma, ut dictum eſt, conſtituit attributa omnium rerum, quas Kantiani oculis percipiunt. Ergo neceſſe eſt, ut ipſi Kantiani harum rerum attributa et naturam conſtituant, ac proinde in eas reverâ convertantur.

Nunc mehercule, Domini Kantiani, etſi ridendo dicere verum nil obſtat, tamen nos ridere velle non licet amplius vobis ſuſpicari. Seria enim ſerio, et quidem in ſcholari formâ tractavimus. Ergo patet Kantianas animas, id eſt, ipſos Kan-

Kantianos toties in lupos, leones, urſos, tigridas, ſerpentes, imo in campos, ſaltus et flumina converti, quoties hæc varia in ſenſibus eorum occurrunt.

An hæc comica magis et lepida, quam vera ſint, non hîc quærendi locus eſt. Nam in hâc parte neutiquam contradicere volumus, ne forte vobis vel nimium moroſi, vel ideo invidi eſſe videamur, quod noſtra ſpontaneitas nondum ita edocta eſt, ut hæc ſtupenda plusquam magicæ artis ſpecimina perficiat. Verum quid cenſetis? An hic principiis veſtris accommodatiſſimus exiſtendi modus ſatis vobis placet? Spatiantibus vobis per magnæ civitatis vias et compita, ſimul que Philoſophiæ veſtræ documenta recordantibus, quot gaudia et mœrores pectus viciſſim pertentant! Modo ridens et exultans, modo quaſi lugens et lacrymans unusquisque veſtrûm ſe ipſum alloquitur et dicit, „Ergo certe ſum hic Prin„ceps, verum, proh dolor! ſum etiam hic ſervus, imo „hic equus, hic ....“ Sed in promptu ſunt ſemper vobis ſolatia. Ad hoc enim ſatis eſt, ut ſurſum oculos erigatis. Tunc quisque ſecum reputans: „Ergo, inquit, ego „ſum ille ſol, qui tantâ majeſtate progredi, ſenſibilesque „radios in orbem terrarum ſenſibilem adeo potenti et be„nignâ manu diffundere videtur! Ergo ſi aurea gentilitatis „ſæcula redirent, nunc me Reges et populi thure et preci„bus adorarent! Adeo de ipſis Kantianis numinibus illud veré dici poſſit, quod dixit olim poeta de nobis parvis mortalibus:

Naturam expellas furcâ, tamen usque recurrit.

O tu lepidiſſime poetarum Ovidi, utinam mortuus non eſſes, aut certe e tumulo, (quod non procul diſtat, ut veriſimile eſt, a Germaniæ finibus,) nunc ad vitam reſurgeres! Quot hilares et amœnas Metamorphoſes veteribus addere tibi liceret! Quam mirum in modum ingenii tui leporibus ornata Kantii Philoſophia apud nos brevi ſplendeſceret! Quam giga-

Digitized by Google

giganteis paſſibus per univerſum orbem progreſſa cunctorum mortalium animos ad ſe alliceret! Ipſæ, medius fidius, mulierculæ nomen militiæ dare, et Kantii vexilla ſequi properarent. Tu Kantianus ipſe Philoſophus ſimul et Poeta factus, hæc infinita converſionum et transmutationum genera, non amplius velut inanes fabellas, ſed ut certiſſima naturæ miracula, confidentiſſime deſcriberes.

Ridetis, inquiet fortaſſe aliquis e vobis, ſed videte, ne ſitis vos ipſi lupus in fabulâ, nonne corpora per ſe nobis *non* innoteſcere jam confeſſi eſtis? Admiſſo ſemel principio, quare igitur, quæ ex eo fluunt, conſequentias tam mordacibus dicteriis tantisque cavillationibus ſugillare videmini? Sic eſt, Domini Kantiani, hæc confeſſi ſumus, atque nunc iterum confitemur. Nam res eadem non magis in duobus contradictoriis ſtatibus eodem tempore videri, quam *in iis ſimul* exiſtere poteſt, quia prius eſt eſſe, quam videri. Jam vero ſi ſenſus noſtri corpora, qualia ſunt in ſe, attingerent, tunc ſæpe fieret, ut unum atque idem corpus, duobus hominibus illud ſimul atque eodem tempore inſpicientibus, motum et quietum, album et nigrum, parvum et magnum, proximum et remotum eſſe videretur. Unde patet, corpora nullo alio modo ſenſibus noſtris occurrere, quam per imagines, quas non easdem numero et genere, ſed, pro diverſitate temporum, diſtantiarum et hominum, diverſas eſſe docet experentia. An vero præter haſce imagines alia dantur corpora, ſenſibus noſtris impervia? Cujus naturæ ſunt illæ imagines? Unde et ubi eædem naſcuntur? Quatuor his in punctis toto cælo a vobis diſtamus.

1. Suntne corpora, quæ licet ſenſibus impervia et ab imaginibus, quæ oculos noſtros percellunt, diſcreta, tamen reverâ exiſtant? Quid reſpondent Kantiani? Neſcimus, inquiunt. Nos autem, quibus Deum infinite perfectum *ſolo* rationis lumine noſcere datum eſt, absque ullâ errandi for-

midi-

nidine affirmare audemus, corpora ab imaginibus diverſa exiſtere. Neceſſe eſt enim, ut Deus infinite perfectus ſummâ et infinitâ veracitate potiatur, et proinde nunquam in errorem univerſalem et neceſſarium creaturas ſuas inducere poſſit. Quod tamen reverâ fieret, ſi nulla extra nos poſita corpora exiſterent. Nonne ad credendam eorum exiſtentiam vi quâdam intrinſecâ et ineluctabili omnes impellimur? Quis unquam nullum ſibi eſſe corpus, nullumque dari ſolem, nulla in cœlis ſidera, nullos homines nullasque plantas et arbores in terris exiſtere bonâ fide credidit? Nonne contraria opinio ubique locorum viguit et viget? Nonne eam unusquisque hominum naſcendo ſimul cum aere et lacte hauriit? Quæ cum ſit conſtans, univerſalis et neceſſaria, ad nullum ſane alium authorem, quam ad naturæ noſtræ conditorem referri poteſt. Ergo, ſi nulla ab imaginibus diverſa corpora adeſſent, Deus ipſe nos in errorem induceret. Præterea nonne ex eâdem opinione omnia, quibus erga parentes, filios, Principes cæterosque homines tenemur, fluunt officia? Nonne ex eodem fonte omnis factorum humanorum et proinde totius revelatæ Religionis certitudo dimanat? Nonne tandem ex eo ſocietas et perpetui labores, quibus ad noſtra et noſtrorum corpora nutrienda inſudamus, oriuntur? Quare enim neceſſe eſſet, ut propter meras imagines tot et tantis operibus gravati vexaremur? Quare nos natura, propter corpus, quod ſpecie ſolum exiſteret, ad famem et ſitim, ad morbos et dolores per totam vitam tolerandos damnare voluiſſet? Ergo hæc illuſio perpetua, non modo veracitati, ſed etiam bonitati, ſapientiæ, juſtitiæ et ſanctitati divinæ repugnaret et adverſaretur. Quod ſi Deus voluit, ut externa corpora, non qualia ſunt in ſe, videamus, ſed ſolummodo relative ad emolumenta, quæ nobis conferre poſſunt, ille non ideo nos in errorem inducere, ſed utilitatibus noſtris providere voluit.

2. Ad

2. Ad alteram quæſtionem pergamus, nempe cujus naturæ ſunt imagines, quæ ſe manifeſtas oculis exhibent. Suntne illæ veræ et proprie dictæ, quæ exiſtentiam ſortitæ ſunt, an potius ut ajunt Kantiani, meræ ac nudæ apparentiæ, quæ ne minimum quidem realitatis gradum in ſe complectuntur? Quod ſi ducem experientiam ſequamur, iſtæ imagines, prout eas oculis percipimus, ſunt ſuperficies adeo tenues atque exiguæ, ut omni profunditate carere, nihilque ab iis, quas in ſpeculis et aquis pictas intuemur, diſtare videantur. Relative ad oculos, nullum eſt inter utrasque diſcrimen, imó hinc et illinc accuratiſſima et omnimoda ſimilitudo adeſſe videtur. Congreganti tibi et in unum colligenti, ſi fieri poſſet, omnes et ſingulas ab origine mundi in fontibus et fluviis depictas imagines, nunquam contingeret, ut ex eis non ſolum unius civitatis, ſed unius domunculæ mœnia conſtrueres. *Nec tamen* easdem merum eſſe nihilum ideo dicendum eſt. *Si* quæ enim imagines pro apparentiis omni re vacuis haberi poſſent, hoc potiſſimum fas eſſet dicere de illis, quæ nobis ſpeculum quoddam multiplicans intuentibus occurrunt. Tunc enim viginti vel triginta vultus alios aliis et vultui noſtro perfecte ſimiles conſpicimus. Nullus tamen ex his ſingulis vultibus eſt merum nihil. Nihilo enim nullus eſt vultus, nulli ſunt oculi, nullæ nares, nullum os, ſicut videmus ineſſe ſingulis hiſce capitibus. Ergo omnes imagines, quæ oculis noſtris ſe produnt obvias, rebus proprie dictis vereque exiſtentibus annumerandæ ſunt. Nihil tamen illæ in naturâ ſuâ continent, quod ad res ſpirituales atque inextenſas referri liceat. Eas enim in ſpatio diffuſas et extenſas videmus. Cum ergo prius ſit eſſe, quam videri, hinc patet, iisdem imaginibus nihil ineſſe ſimplicis et ſpiritualis, ſed eas potius verâ et reali extenſione compingi.

3. Unde

3. Unde autem naſcuntur imagines? Unde, V. G. vigin- vel triginta vultuum effigies natæ ſunt? Nos quidem concurſum et vim adunatam luminis, ſpeculi et oculorum illis occaſionem exiſtendi fuiſſe fatemur. Sed quæ vera fuit iſtius exiſtentiæ cauſa, id eſt, cauſa efficiens? Levibus atomis, quibus lumen, ſpeculum et oculi conſtant, non ea ſane eſt ſolertia, ut artis miracula condant, quæ peritiſſimi pictores nunquam poſſent imitari, quibusque ipſa anima perficiendis, ut ſæpe jam demonſtravimus, omnino impar eſt. Ergo oportet ſuperius aſcendere et ad cauſam confugere, quæ ſit 1. intelligens et ſumme ſapiens, cum depictas haſce imagines tam mirâ arte finxerit; 2. perpetua et univerſalis, cum easdem imagines et in eisdem circumſtantiis ſemper et ubique omnium mortalium oculis conſpiciendas exhibeat; 3. omniſciens, cum illa non ſic ubique terrarum et ſingulis momentis eas pingeret imagines, niſi optime noſceret non modo cunctos ſolares radios, ſed etiam internas omnium, quotquot ſunt in terris, oculorum formas, ſimulque externas ſenſibiliter circumjacentium corporum figuras, juxta quas perpetuâ et conſtanti lege fabricam operum ſuorum dirigit; 4. demum omnipotens, cum ſenſibiles vel inſenſibiles atomos, unde velut e cauſis occaſionalibus ſupradictæ imagines enaſcuntur, ipſa moveat, et ſimul perpetuis et alternis modificationum vicibus afficiat animas, quæ depictas hasce imagines conſpiciunt. Ergo hæc cauſa præſtantiſſima, quam Dei nomine vocamus, non modo ſenſibiliter extenſum, ſed intelligentem et ſpiritualem mundum providentiâ ſuâ regit et gubernat.

4. Jam demum nobis tum corporum exiſtentiam, tum imaginum naturam atque originem plane cognoſcentibus, nunc quærendnm eſt, ubi conſiſtant iſtæ imagines. An extra, an intra animarum noſtrarum limites habitant? Hîc maxima oritur inter nos et vos diſcordia. Nos freti principio, quod

ſæpe

ſæpe jam in medium protulimus, quodque ſupremum e omnium ſcientiarum principium, exiſtimamus et pro certo cr dimus, illas imagines nobis eſſe prorſus extrinſecas, quia n mirum nunquam eas intra, ſemper autem extra nos poſit videmus. Porro, ut prius eſt eſſe, quam videri, ſic pri eſt in tali loco eſſe, quam ibi videri. Ergo hanc ſente tiam veram eſſe, non ſolum interna uniuscujuscunque n ſtrûm experientia, ſed etiam ratio aperte demonſtrat.

Præterea memoratæ imagines eſſent procul dubio anim rum noſtrarum modificationes, ſi illæ reverâ intra earum l mites conſiſterent. Hoc autem fieri non poteſt. Nam ex tenſas eſſe imagines, ſimplices autem animas et ab omni ex tenſione alienas eſſe jam demonſtravimus. Cum ergo cujus cunque rei modificatio nihil aliud ſit, quam res ipſa ſic mo dificata atque diſpoſita, hinc evidenter patet, imagines oculis noſtris conſpicuas nullo modo eſſe animarum noſtrarum modificationes, ac proinde easdem extra nos poſitas conſiſtere.

Certum eſt nullam extenſionem oculis percipi, niſi colorum auxilio. Qui ſi omnes abeſſent, tunc evaneſcere ſubito totius naturæ ſpectaculum. Ubi ergo ſunt colores, *ibi* nos corpora videmus. Quo autem in loco colores habitant? An intra, an extra nos? Conſcientiam noſtram interrogemus. Quid illa reſpondet? Scilicet nunquam contigiſſe, ut eos animis, ſed e contra ſemper corporibus extra nos poſitis inhærentes viderimus. Ergo his reverâ inhærent, ſi quidem prius ſit eſſe, quam videri. Deinde experientia docet, poſſe colores in tot partes dividi, quot ſunt in corporibus, quibus illi ſuper imponi videntur. At vero anima, cujus ſimplicitatem nunc in dubium revocare nefas eſt, nullo modo poteſt dividi, ergo colores ad eam *non* pertinent, et proinde omnia phœnomena extra nos poſita conſiſtunt.

Deni-

Digitized by Google

Denique ſi corpora, quibus percelluntur oculi, intra nos manerent, et animabus noſtris, velut totidem modificationes, inhærerent, tunc uniuscujusque noſtrûm anima eſſet mundus ſenſibilis; tunc ſicut hic, illa omnes materiæ proprietates ſortiretur; tunc eadem omnes et varias figuras corporum, quæ ſenſibus noſtris occurrunt, viciſſim indueret; tunc modo in lupos, modo in leones et cætera orbis ſenſibilis objecta nosipſi reverâ verteremur; tunc demum ex eo omnes, quas initio hujus Epiſtolæ ſibilavimus, abſurditates ſequerentur. Ergo patet imagines, quas oculi noſtri percipiunt, nobis eſſe extrinſecas.

Quid adverſus clara hæc argumenta opponere licet? Diceti̇sne hanc ſententiam iisdem involvi difficultatibus, quibus intricatur opinio Philoſophorum, qui corpora, qualia ſunt in ſe, videri contendunt, nec fieri poſſe, ut quidquam extra nos poſitum videamus, quia tunc res cognoſcenda animam immediate contingere et proinde afficere nequiret?

Animadvertite primum, Domini Kantiani, in lapide marmoreo et ſexaginta, V. G. quadratis cubitis extenſo contineri intelligibiliter figuras et imagines omnium hominum, quadrupedum, reptilium, piſcium, volucrum, quotquot ab origine mundi extiterunt. Quamvis ille lapis priſtinam formam ſemper retineret, nonne tamen poſſet Deus in illo ſucceſſive noſtris oculis exhibere omnia delineamenta, unde non ſolum Alexandri, Cæſaris, Caroli Magni et aliorum antiquitatis ſummorum virorum, ſed etiam cunctorum, qui nunc vivunt in terris, hominum ſtatuæ exurgerent,? Iſtæ imagines, quæ nihil in marmoreo lapide prorſus immutarent, eſſent nobis extrinſecæ, nec minus potentiam, quam ſapientiam illius, qui vobis eas conſpicuas faceret, demonſtrarent. Putatis huic operi perficiendo Deum eſſe imparem? Ubi ſunt ergo tantæ

iſtæ

Digitized by Google

iſtæ difficultates, quas hæc opinio ſecum involvere vobi videbatur?

Quamvis extenſio non ſit in infinitum diviſibilis, tam eam maximo et vere incredibili modo dividi poſſe nol fatendum eſt. Quot ergo ſuperficies in prædicto marmo lapide includuntur! Nonne Deus poſſet ſic eas dividere a que extendere, ut omnia mundi phœnomena, licet fere immenſum patere videantur, inde tamen ſenſibiliter exſu gerent? Nonne ille ſupremus rerum artifex poſſet ſuperſ cies alias aliis ſuperponere, et nihilominus eas, quotqu ſunt, pro ratione locorum, temporis aliarumque circur ſtantiarum, ſingulas viſibiliter explicatas ſucceſſive oculis noſt ris exhibere ita, ut duo homines viderent non quidem iden corpus motum ſimul et quietum, ſed duo corpora ſimilia, quorum unum quieſceret, alterum autem moveretur? Nonne etiam memoratæ ſuperficies aliæ aliis ſuperpoſitæ et tamen ſingulæ, pro ratione temporum et ſpectantium, alternatim præſentes oculis exhibitæ, ſic antea diverſis coloribus a Deo indui potuiſſent, ut alia reverâ eſſet alba vel rubra, alia flava vel viridis? Hoc ſane modo contingeret, ut duo homines, non eandem præciſe ſuperficiem albam ſimul et viridem conſpicerent, ſed unus eam, quæ alba eſſet, alter autem illam, quæ viridis. Quod ſi res ita foret, nihil in ordine phœnomenorum, quæ ſenſibus occurrunt, immutaretur, et omnia, ſicut oculis apparent, eſſent reverâ nobis extrinſeca. Quis affirmare auſit, non ſatis eſſe Deo virtutis atque potentiæ, ut hæc perficiat? Quanquam quid agimus? Quare evolvendis hiſce quæſtionibus tantopere inſudamus? Satis ſit demonſtraviſſe extrinſeca nobis eſſe phœnomena. Quomodo hæc autem ad nos perveniant, parvi noſtrâ refert cognoſcere. Nonne in manu ſupremi numinis ſexcenta ſunt media, quibus hoc opus facillime perfici valeat?

Quid

Digitized by Google

Quid igitur addent Kantiani? Dicentne phœnomenis extra nos poſitis animas uniri non poſſe, nec proinde ab iis affici? Quouſque tandem corporum attributa et proprietates ad animas noſtras transferre libebit? Ergone latet Kantianos ſequens adagium: *tangere et tangi ſolius corporis eſt?* Quomodo autem corpora, quæ videmus, agere poſſent in animas, niſi illas moverent? Quomodo moverent, niſi eaedem tangerent? Quomodo demum iisdem, niſi per tactum et applicationem partium, uniri et conjungi poſſent? Sed quærimus, an corpus ſive phyſicum, ſive ſenſibile partes ſuas animæ ſimplici applicare poſſit. Apage hoc erroris monſtrum. Æternum valedicamus abſurdis iſtis erroribus, unde ſua potiſſimum deprompſit materialismus deliria. Deum ſolum in animas agere poſſe ſatis et abunde demonſtratum fuit. Quis inficiari audeat eas ſupremo numini ineſſe vires, quæ neceſſariæ ſunt, ut res extra nos poſitas oculis noſtris exhibeat? Quid autem ex iis, quæ modo dicta ſunt, ſequitur? Nempe Kantianum ſyſtema, cujus falſitas totiés jam antea demonſtrata fuit, penitús evelli. Cum enim omnia mundi ſenſibilis phœnomena é rebus extra animarum noſtrarum limites poſitis et veré exiſtentibus conſtiterint, hinc evidenter patet, non ſolum illa a ſpontaneitatibus noſtris nullo modo perfici, ſed etiam οντως οντα, id eſt, entia, quæ realiter exiſtunt, toties a nobis perſpici, quotiés corpora ſenſibus, vel imaginationi occurrunt. Quæ ſi vera ſint de ipſis corporibus, quid judicandum eſt de iis, quæ purus intellectus percipit, vel quæ ad animas noſtras ſolummodo pertinent? An hæc omnia per conditas a ſpontaneitate imagines cognoſcimus? Verum hanc quæſtionem ſat fuſé tractavimus. Nunc ad alia licet procedere.

Jam Kantianorum corporum proceritatem et latitudinem, juxta Kantianæ ſcholæ fundatoris principia, mathematice metiri

metiri volumus. Quapropter ſumamus e medio Kantia gentis unum, qui ſtaturâ minimus eſſe videatur. Rogem eum, ut aſcendere velit in altiſſimi montis apicem, ut planitiem quindecim leucarum ſpatio ex omni parte et circuitu patentem oculis proſpiciat. Tunc oculus ejus erit ce trum circuli, cujus radius quindecim leucas longitudine a æquabit, diameter triginta, et proinde circumferentia no aginta, quia circumferentia circuli eſt fere ter major di metro. Hæc eſt magnitudo realis vel apparens imagini quæ tunc illius ſenſibus occurret.

Jam vero cujus naturæ eſt hæc imago? Illane e mera apparentia, quæ nihil realis in ſe contineat? Ho fieri nequit, quia nihilum videri non poteſt. Illane e ſimplex atque omnino inextenſa? Hoc etiam impoſſibile eſt quia rebus inextenſis extenſio repræſentari non poteſt. An illa demum patet minori ſpatio, quam ipſa patere videtur? Minimé. Nam prius eſt eſſe, quam videri. Cum igitur hæc imago extenſionem nonaginta leucarum in ſe complecti videatur, neceſſe eſt, ut eandem reverâ contineat.

Ubi autem jacebit tantæ magnitudinis imago? Intrane, an extra animæ ſpectatoris limites? Juxta Kantianorum principia, nullibi, niſi intra hujus animam illa conſiſtere poteſt. An vero anima ſimplex atque inextenſa poteſt in gremio ſuo complecti atque continere realem et nonaginta leucarum ſpatio veré conſtantem imaginem? neutiquam profecto. Neceſſe eſt ergo, ut anima, quæ domicilium erit tantæ et tam late protenſæ imaginis, ſit ipſamet extenſa atque corporea. Ubi autem jacet hæc anima? Extrane, an intra corpus? Nullibi profecto anima corporea, niſi in ipſo corpore conſiſtere poteſt. Ergo patet, fore, ut realis et nonaginta leucarum ſpatio vere conſtans hæc imago in Kantiani ſpectatoris corpore contineatur. Jam vero continens contento majus eſſe debet. Ergo ejusdem Kanti-

ani

Digitized by Google

i corporis amplitudo ſpatium nonaginta leucarum reverâ perat.

Hæc ſane magna ſunt. Verumtamen nondum illa fficiunt. Nam hæc imago non in omnibus corporis partius diffunditur. Illa ſane nec in auribus, nec in naribus, nec in palato, nec in cæteris membris, niſi in externi et nterni viſûs organo habitat. Ergo illa neceſſario jacet in reticâ et in eâ parte cerebri, quam philoſophi, improprie loquendo, ſedem animæ nuncuparunt. Hæc autem utraque pars ſigillatim ſumpta et ſpectata relative ad cætera membra corporis, adeo minuta et exigua eſt, ut vix quingenteſimam partem maximæ laterum circumferentiæ adæquare poſſit. Cum igitur prædicta imago in eâ parte cerebri concluſa maneat, et continens contento ſemper majus eſſe debeat, neceſſe eſt, ut in Kantianis corporibus pars eadem cerebri ultra nonaginta leucarum ſpatium pateat, et proinde ut maxima lateralis circumferentia unius Kantiani philoſophi quadraginta quinque leucarum millia ſuperet. Nam 500 X 90 = 45000. Sed in plerisque hominibus maxima laterum circumferentia mediam partem altitudinis corporis vix attingere poteſt. Ergo corpus unius Kantiani Philoſophi vel ſtaturâ minimi quadraginta quinque leucarum millibus latitudine amplius, et nonaginta millibus altitudine procerius eſſe mathematice demonſtratur. Nam 1000 X 90 = 90000.

Eia agite, properate, viri, ferte thurribula, et ubique thuris honoribus fument altaria. Vos autem parcite, Domini Kantiani, ſiquid ignorantiâ lapſi in vos peccavimus. Nunc impiis cachinnis lacrymæ ſuccedunt. Nunc per reliquum noſtræ vitæ tempus vos non ſolum magnos, ſed omnium virorum maximos eſſe palam et ubique prædicare volumus.

Quanquam haud ſcimus profecto, ad quas ſpecies entium tantæ molis gigantes referre liceat. Dicemusne homines, qui tam immenſâ diſtantiâ limites naturæ noſtræ ſuperant?

Digitized by Google

ant? Dicemusne dæmones, præ quibus pygmæus e Miltononicus ipſe Satan? Malumus ſane eos dicére Angel qui novo quodam nobisque ignoto incarnationis ger humana corpora induerunt. At vero telluris ambitus, ju Geographos, novem leucarum millia amplius non pa et proinde ejusdem diameter non amplius patet tria leucar millia. Ubi ergo habitant tot latiſſima atque altiſſima K tianorum corpora? Certe non in terris, nec etiam in lu quæ ipſâ tellure minor eſt; nec inſuper ſapientiſſimos Phi ſophos in lunâ collocare deceret. Quod quidem fi non poſſe aſtronomicé probatur. Ubinam illi igitur ha tant? In ſole, credimus, in ſtellis fixis et in cæte maximæ amplitudinis ſideribus. Hæc ſunt procul dubio, h ſunt nativa et inclyta Kantianæ gentis domicilia. Impoſſibi eſt enim, ut tantæ proceritatis homines regiones alias *incolan* Quomodo autem contingit, ut eos etiam his in terris vide amus? Recordemur eorum principia, quibus poſitis certun eſt, nihil hîc a nobis præter rerum imagines perſpici. Quo ſi illæ, quibus Kantianorum corpora nobis manifeſta fiunt parvæ atque exiguæ eſſe videantur, hæc non ideo tamen min ora ſunt. Hic enim error ſenſuum ex immenſâ locorum diſtantiâ oritur. Quod quidem Philoſophorum genus mini-mum eſt in terris, eſt, medius fidius, maximum eſt in cælis Cujus rei exemplum natura nobis ponit ob oculos. Decie enim centies millies ſol terrâ major eſt. Nonne tamen hu jus imago in fluminum aquis depicta minima eſt? Idem d Kantianorum corporibus dices.

Nullus profecto e vobis, Domini Kantiani, ſe tantun eſſe virum ſuſpicatus antea fuerat. Quod quidem nullatenu miramur. Sic enim rem natura inſtituit, ut, quó quis ma joribus pollet virtutibus, eó minus de ſe præclara judicet Magna quippe modeſtia magnos viros decet. Quis autem ex omnibus omnino hominibus major inveniri poteſt Kantiano Philo-

hiloſopho, cujus corpus, (nequid de animâ dicamus) nonginta leucarum millia proceritate ſuperat? Ea eſt hujus virtutis, nempe modeſtiæ, indoles, ut ſemper præ manibus velum quoddam habere geſtiat, quod illa ſibi ponit ob oculos, et quo, velut ſol nubibus, ſic præſtantiſſimæ ingenii et animi dotes obteguntur. Verum ſucceſſu temporis ſtatim et improviſo evenit, ut ventus vehemens é ſeptentrione, vel é meridie oriatur, quo fugatæ procul nubes demum evaneſcunt. Tunc ſol in aere puro clarior affulget, et omnes terrarum incolæ radiantem frontis ejus majeſtatem lætis et mirabundis oculis conſpiciunt. Nobis quam maxime gratulamur, quod, tanto licet honore indigna, noſtra tamen ſocietas fuerit quaſi ille ventus, qui valido ſimul et molli flamine omnes importunos nubium acervos everrens atque diſcutiens manifeſtâ tandem in luce poſuit magnitudinem et immenſas dotes, quibus Kantianus quisque Philoſophus ſupra cæteros mortales eminet. O fortunatos nimium, ſua ſi bona norint, Kantianos!

*Suſpica*mini fortaſſe, Domini Kantiani, nos jocoſe magis, quam ſerio loqui voluiſſe, corporumque veſtrorum amplitudinem a nobis conſultó et de induſtriâ longe ultra principiorum veſtrorum limites prolatam fuiſſe. Erratis profecto. Nos enim pede cauto naturæ ducis veſtigia ſecuti, a minoribus incepimus, ut ad majora inde pergeremus. Initia quippe ſemper timida ſunt. Idcirco metuebamus, ne, ſi ea, quæ mox ſumus dicturi, ſtatim in medium proferre auſi fuisſemus, parum fiduciæ apud ipſos Kantianos, licet incredibilia credere jam dudum aſſuetos, nobis faceremus. Nunc igitur dicimus, unius Kantiani corpus, non ſolum ad nonaginta leucarum millia proceritate ſuâ aſſurgere, ſed etiam capacitatem ſpatii infiniti univerſam milliés ab eodem ſuperari.

Quod ut manifeſto lumine pateat, recordari ſatis 1. ſpatium purum, juxta Kantii principia, formam eſſ ceptivitatis ſenſûs externi; 2. materiam repræſentationis tii puri infiniti non aliunde oriri nec deſumi, quam e dem formâ receptivitatis ſenſûs externi, ubi hæc imago manus ſpontaneitatis elaborata producitur. Ergo, cum nus contento continens eſſe non poſſit, patet receptivita non breviorem eſſe infiniti puri ſpatii imagine, quam i continet. Hæc imago certe eſt aliquid, quia nil nihil repræſentari poteſt. Illa pariter eſt extenſa. N res inextenſa extenſionem ſpatii nullomodo adumbr poteſt. Illa denique eſt infinité extenſa, quia impoſ bile eſt, ut repræſentatio infiniti in imagine finitâ co tineatur. Ergo tam veré, tamque laté protenditur imag ſpatii puri infiniti, quam ipſummet ſpatium infinitum, ſi il lud reverâ exiſteret. Verum hæc infinité et realiter extenſa imago in receptivitate ſenſûs externi tota continetur. Patet igitur receptivitatem non minus eſſe infinitam. Sed receptivitas in parte corporis, quæ milliés toto corpore minor eſt, ipſa continetur. Ergo tandem, juxta Kantii principia, geometricé demonſtratur, totam infiniti ſpatii immenſitatem corpore unius Kantiani Philoſophi milliés ſuperari.

Quid reſpondebitis, Domini Kantiani? Dicetisne infinitatem ſpatii puri, non per conceptum, ſed ſolummodo per intuitum a vobis cognoſci? Hoc ſane miramur. Nam ex unâ parte infinitatem ſpatii optimé vobis eſſe notam affirmatis, et ex altérâ intuitus ſine conceptibus cæcos eſſe contenditis. Cæcus autem, ni fallimur, videre non poteſt. Ergo non modo per intuitum, ſed etiam per conceptum hanc infinitatem ſpatii innoteſcere vobis fatendum eſt, atque eó faciliûs, quod affirmatis, eandem eſſe ſolam et objectivam materiam, circa quam Matheſis, id eſt ſcientia omnium certiſſima verſatur. Quanquam nihil prorſûs noſtrâ intereſt.

Nam

Nam, juxta vos, omnis intuitus eſt imago, et omnis imago continetur in receptivitate, ubi illa ſpontaneitatis auxilio perficitur. Ergo receptivitas hæc continens non minor eſſe poteſt contentâ infiniti ſpatii imagine, quæ profecto vel nulla, vel infinita eſt.

Quid igitur reſpondebitis? An contendetis receptivitates animarum noſtrarum non locali, ſicut eſt materiæ proprium, ſed ſpirituali modo in corporibus noſtris contineri? Simplicitatem animæ propugnantibus Philoſophis hoc reſpondere fortaſſe liceret. Vobis autem, qui tot machinis eam impugnatis, vobis clamantibus ſpatium eſſe formam receptivitatis animæ, eique veluti ſubjecto adhærere, vobis præſertim affirmantibus nihil poſſe cognoſci, niſi localem in ſpatio præſentiam habere videatur, iſta ſane via fugæ occluditur. Ubi ergo corpoream iſtam receptivitatem collocari vultis? Non extra corporum veſtrorum limites. Illa enim ad naturam veſtram pertinet, nec aliam eſſe vobis, quàm corporis naturam abunde probatum eſt. Illa non in omnibus corporum veſtrorum membris diffunditur. Etiamſi autem res ita ſe haberet, ſaltem inde ſequeretur, unius Kantiani corpus tantum eſſe, ut magnitudine ſuâ adæquet totius infiniti ſpatii puri capacitatem, cum, in hâc hypotheſi, illud receptivitatem et concluſam in eâ imaginem infinitâ magnitudine præditam in ſe contineret. At vero non ita rem natura inſtituit. Ubinam hæc immenſa infiniti puri ſpatii imago naſcitur? In receptivitate ſenſûs externi, conclamant omnes Kantiani. Eſto. Ubi autem jacet externus iſte ſenſus, in cujus receptivitate tanta imago procreatur? In pede? In manu? Certe non. Ergo in retinâ. Externus enim ſenſus non eſt in cerebro. At vero, juxta veſtra principia, hæc imago nunquam vobis innoteſcere poſſet, niſi illa in receptivitate ſenſûs interni, id eſt, in exiguâ quâdam parte cerebri denuo reficeretur. Sed utraque pars humani corporis circiter millies toto

 cor-

corpore minor eſt. Ergo non jocoſé, ſed ſerio atque veriſimé diximus, ipſam ſpatii puri immenſitatem unius Kantiani corpore milliés ſuperari. Ergo vos eſtis inter hæc du extrema conſtituti: nempe dicendum vobis eſt, imaginem infiniti ſpatii, quam videtis, eſſe merum nihilum et proinde nihil a vobis videri, vel debetis fateri corpora veſtra millies eſſe infinita. Primum omnia ſyſtematis veſtri fundamenta everteret. Ergo tandem ſecundum vobis cedendum eſt.

Nunc, Domini Kantiani, ſiquis invidus in vos graſſari audeat, et, laudem veſtram minuendi cauſâ, vos ex albo magnorum virorum expungere, atque inter Pygmeos Philoſophos numerare præſumpſerit, porrigite illi panegyricas iſtas, quas ad vos direximus, epiſtolas et dicite: „Sume et lege. „ Iſta quidem maligna atque malevola Parochorum ſocietas „ non ita multum profecto partibus noſtris favere videtur. „ Hæc eadem tamen evidentiæ viribus ſubacta et coacta, „ quanti nos quisque facere debeat, palam confeſſa eſt. In „ hoc enim iſto libello, quaſi in cujusdam geographicæ „ chartæ ſcalâ, menſuram noſtram accuratiſſime exaratam „ reperies. Nos quidem, quanta ſunt noſtra corpora, tan„ ta non eſſe ingenia candide fatemur. Hæc enim, cum „ ex elementis materiæ conſtent, et partem corporis mil„ lies toto corpore minorem incolant, neceſſe eſt, ut pari„ ter millies amplitudine corporum noſtrorum ſuperentur. „ Verumtamen, cum hæc eadem ingenia ſpatio infinito non „ eſſe breviora aliunde probetur, nulla profecto cauſa eſt, „ cur naturam inſimulare velimus, quaſi hæc alma parens „ avarâ manu dona ſua nobis largita fuerit.“

Intelligitis igitur, Domini Kantiani, quot et quanta officia in gentem veſtram contulerimus. Verum ſi hæc ſatis non eſſe videantur, poſſumus etiam majora largiri. Quid vultis amplius? Jam mundum ſenſibilem, id eſt, ſolum orbem, qui nobis notus eſt, é nihilo eduxiſtis. Jam ſpontaneitas

Digitized by Google

neitas veſtra eundem miro, quo fulget, ordine mundum decoravit. Jam animarum veſtrarum immenſitas immenſitatem ſpatii infiniti, quam corpora veſtra milliès ſuperant, accuratiſſime metitur. Quid vobis reliqui eſt, quod deſiderare liceat? Vultisne fieri ſumme et infinite perfecti? Eſto. Hoc præſtantiſſimo munere noſtra vos inſuper libentiſſime munificentia cumulabit. Sed quid memoramus de donis, cum infinita perfectio jure ad vos pertineat? Nonne hæc eſt neceſſaria et præclara Kantianæ naturæ appendix, quæ veluti geometricum corollarium, ex demonſtrationibus antea prolatis diffluit? Nam unicum eſſe infinitum, et illud eſſe neceſſario infinite perfectum, ſupra demonſtravimus. Porro vos, non ſolum quoad corpus, ſed etiam quoad animam infinitos eſſe nuperrime probavimus. Ergo vos eſtis infinite perfecti. Ergo fortunatus ille ſtultorum hoſpitii incola, de quo memorati ſumus, non ſolus eſt pater æternus.

Quouſque tandem Kantianos ſtultitiam plenis poculis ebibere non pigebit? Nonne ſat longos ſatque copioſos abſurditatum hauſtus os eorum abſorbuit? Nonne debent eſſe jam demum ebrii? Illos ſane juraſſe dixeris, fore, ut é deliriis in alia prioribus ſemper graviora iterato et perpetuo lapſu proruant. Interea tamen ſe ſapientiſſimos atque doctiſſimos totius Germaniæ Philoſophos prædicare audent. Quodnam, Deus immortalis, Philoſophiæ genus!

Unde hoc inauditum amentiæ diluvium in patriam noſtram ſubito irrupit? Quibus é fontibus natum eſt? Nempe ex his principiis, quibus Kantiani ſyſtematis moles fere tota innititur: *Nihil niſi per extenſas et ſub formâ ſpatii exhibitas imagines cognoſcere datur. Spatium et tempus facultatibus animarum noſtrarum, veluti formæ, inhærent. Omnes noſtræ imagines non extra, ſed intra nos, perinde ac cæteræ animarum modificationes, continentur.* Neſcimus profecto, unde clariùs demonſtrare liceat, non ſolum Kantiani ſyſtematis

tis

Digitized by Google

tis falſitatem, ſed etiam eorum Philoſophorum errorem qui omnia cognitionum noſtrarum objecta, et præſerti ſenſibilis mundi Phœnomena in animis noſtris contineri ſom niarunt.

Ergone Categorias veſtras, Domini Kantiani, indon tas abire patiemur? Hoc eſſet profecto grande ſcelus. Vide mur nobis Kantium videre, quando ille hunc fœtum mira bilem é cerebro ſuo primúm progenuit. Ut tunc ille riſit Ut lætabundus exultavit! Ut denuó á ſe procreatas vetere Ariſtotelis filias paternis oſculis libavit! Quas tunc illum ami câ voce allocutum eſſe animo fingimus.

„ Salvete, filiæ. Magnum opus aggredior. Volo „ Scepticiſmum per univerſas Germaniæ regiones diffundere. „ Sed timeo Principes et Magiſtratus. Timeo adhuc magis „ ſcholaſticos Philoſophos et Theologos, hypocritas *ſacer-* „ dotes, et alios ejusdem farinæ nebulones, quorum multi „ longe melius. quam ego, callent philoſophiam. Nunc „ autem, cariſſimæ natæ, nunc nihil periculi amplius ſuper- „ eſt, cum ego vos in Græciâ ante duo annorum millia „ olim generatas, et in pulvere ſcholarum, ubi ferulare „ ſceptrum per tot annos tenuiſtis, deinde ſepultas, nunc tan- „ dem in Germaniâ regeneratas lætus habuerim. Nam ubi „ primum inimici mei conſpicient tot et tam alte depreſſas „ in frontibus veſtris rugas, tunc ne minimam quidem no- „ vandarum rerum voluntatem in animo mihi ſedere ſuſpi- „ caturi ſunt. Venite ergo conſiliorum meorum participes „ et ſociæ, et auxiliatricem inclytis laboribus manum por- „ rigite.

„ Ut autem quâ de re agatur, intelligere poſſitis, ſcien- „ dum vobis eſt, philoſophicum quoddam ſyſtema ſupra „ fundamentum Nihili a me conditum fuiſſe. Illud ſuper „ purum, id eſt, in abſtracto et genere ſpectatum ſpatium „ et tempus, (quorum neutrum exiſtere poteſt), totum hac-

„ tenús

tenus innixum recubuit. Cui præclaro ſyſtemati, ut ad ſummum perfectionis apicem evehatur, nihil jam præter judicium et rationem deerat. At vero, vobis auſpicibus, „ nihil jam amplius in illo deſiderabitur. Ut enim ſpatium „ purum forma eſt ſenſualitatis externæ, purum autem tem- „ pus forma ſenſualitatis internæ, ſic facultatum judicandi „ et ratiocinandi formæ vos omnes eritis, atque ita in partem „ naturæ humanæ, non minus ac tempus et ſpatium, ve- „ nietis. Nemo ſane hominum ſuſpicatus fuit, ſe eſſe pu- „ rum tempus et ſpatium, et præſertim duodecim Ariſtote- „ lis categorias. At vero magna magnis viris audenda ſunt. „ Volo experiri, quousque credulitas eorum, quos Philo- „ ſophos vocamus, quique cæteris mortalibus ſe longe in- „ genio præſtare arbitrantur, progredi queat. Judicare eſt „ percipere convenientiam vel diſconvenientiam inter attri- „ butum et ſubjectum; Perceptio autem evidenter ad in- „ tellectum pertinet, et proinde una eſt judicandi et ratioci- „ nandi facultas. Verumtamen volo induſtriæ periculum „ facere atque experiri, an poſſibile ſit perſuadere doctis „ *iſtis* hominibus, duodecim eſſe judicandi et ratiocinandi „ facultates, quarum ſingulis unaquæque veſtrûm ſeorſim „ forma inhærebit, ut propria naturæ ſuæ judicia dirigat at- „ que perficiat.

„ Quamvis vos omnes et ſingulas, o filiæ, cæcas eſſe „ natura voluerit, optimé tamen præſtantiſſimo, ad quod „ vos deſtino, munere fungemini, ſaltem quantum ad in- „ tentum mihi finem attinet. Ut enim ſileam, ſemper be- „ ne apud Philoſophos audiiſſe categorica judicia, vos eſtis „ nobiles et conſanguineæ aliarum formarum ſorores. Sicut „ enim purum tempus et ſpatium, ita et vos generali ſo- „ lummodo et abſtractivâ exiſtentiâ potimini, id eſt, nulla- „ tenùs poteſtis reverâ exiſtere. Quapropter vos dignas po- „ tiſſimum judico, quæ in eâ *de nihilo* philoſophicâ co-

„ mœdiâ,

„ mœdiâ, quam Germanorum oculis exhibere volo, no
„ liſſimas et principes perſonas agatis. Nolo enim, ut ill
„ vos lateat, quod ego ſane coram omnibus confiteri u
„ lem, quodque tamen pater dilectiſſimas ſibi filias cel
„ non poteſt, nempe theoreticam rationis Criticam, qu
„ ego jam magnâ ex parte, ſicut vos, genui, non ſine co
„ filio ſub hoc nomine baptizandam eſſe, quando illa
„ lucem proferetur. Hæc enim eſt non tam critica human
„ rationis diſquiſitio, quam cenſoria ejusdem critica atqu
„ confutatio.

„ Quando primos in Græciâ vagitus edidiſtis, tunc cre
„ debant Philoſophi, vos non tam in mentibus, quam ex
„ tra mentes hominum verſari. At vero rem alium in mo-
„ dum inſtitui. Volo enim facere, ut Germani noſtri per-
„ ſuaſum habeant, ſe nihil omnino videre, præter meras
„ apparentias et nihilo plenas imagines, quas unusquisque
„ proprio marte condit, quarumque materia non minus in-
„ genere et in abſtracto exiſtit, quam formæ facultatum,
„ unde illa tota deſumitur. Itaque, juxta meum ſyſtema,
„ nihil externum, nihilque reale videmus. Hinc ego tamen,
„ nihil a nobis omnino videri, palam concludere *nolim*.
„ Verum hoc idem plurimi lectores ſponte ſuâ concludent.
„ Quod quidem mihi nunc ſatis eſt. Hoc igitur novo re-
„ rum ordine conſtituto, tantâque noctis circumfuſâ cali-
„ gine, ſatis intelligitis, filiæ, fieri non poſſe, ut vobis am-
„ plius per vias et compita extravagari liceat. Hæc enim
„ petulantia virgines bene moratas atque inſtitutas nullatenus
„ decet. Quaprópter ego vos, non in externo, ſed in *in-*
„ *terno* ſenſu includere volo. Ibi ſub velo puri temporis,
„ cujus formam et proinde totam naturam induetis, clan-
„ culum et ſeorſim, velut piæ moniales, manebitis.

„ Quatuor cameras, quibus nomen eſt quantitas, qua-
„ litas, relatio et modalitas, omnibus vobis in animâ cujus-

„li bet

ſibet hominis paravi. In primâ tres ſimul habitabunt, ſcilicet unitas, quæ ſingularia, multitudo, quæ plurativa, et univerſalitas, quæ univerſalia judicia perficiet. In ſecundâ camerâ tres pariter ſedebunt, nempe realitas, quæ affirmativa, negatio, quæ negativa, et limitatio, quæ limitata, prout imperabit rerum neceſſitas, eadem judicia faciet. Sic opus in quantitate inchoatum novum perfectionis genus in qualitate accipiet et adipiſcetur. Quinque, quas tamen etiam ad ternum numerum redegi, quia duæ ex eis ſunt hermaphroditæ, in tertiâ camerâ commune domicium erit, videlicet ſubſtantiæ — et accidenti, cauſæ — et effectui atque communitati. Hæc ſocietas conſtans é tribus, ſeu potius é quinque categoriis relationem prædicati ad ſubjectum, principii ad conſequentiam, et totius ad partes conſtituet. In quartâ tandem officinâ collaborabunt poſſibilitas, exiſtentia et neceſſitas, quibus inſpiciendi cura erit, quomodo et quâ ratione ſubjectum attributo, principium conſequentiæ et totum partibus conveniant, vel diſconveniant. (a) Hoc ſane opus, quod labores Herculis infinite ſuperat, quoque nihil incredibilius in poetarum fabulis reperii, poſtulat non modo perfectiſſimam concordiam, quæ inter ſorores magis, quam inter fratres rara eſt, ſed etiam oculorum plusqam linceam aciem. Vos autem ſingulas naſci non ſolum cæcas, ſed, (quod longe pejus eſt), fœminas natura voluit. Spero tamen, fore, ut noſtri Philoſophi crediderint, non minus certa et categorica, quam quæ antea fuerunt, novis veſtris incudibus fabricanda eſſe judicia.

„ Nolite, o chariſſima amoris pignora, nolite timere, „ ne quis orbitatem oculorum vobis humanarum animarum „ penetralia ingreſſis objiciat. Nullus enim formidandi locus eſt

(a) Hic ordo non ita clare a Kautio exprimitur. Cum autem unumquodque judicium ſua attributa non a pluribus categoriis, ſed ab eâ ſolâ accipiat, quæ proximè ad ipſius naturam accedit, neceſſe eſt, ut res eo ferè modo, quo diximus, ordinentur.

Digitized by Google

„ eſt, primo, quia rationem conſtituere vobis ſolis dabit
„ et proinde, nemo vobis convicia vel tantillum rationi c
„ ſona impingere poterit, niſi ipſæ arma in vos converte
„ fabricari velitis; deinde quia doctis meis viginti annor
„ laboribus tandem mihi contigit, ut cæteras animæ facult.
„ eodem, quo laboratis, morbo affecerim. Verumtam
„ ne malevolorum aures zelo præmaturo et importuno
„ derem, cautionem adhibui, ut priſca ſenſûs, intuiti
„ conceptûs, cogitationis, judicii et rationis nomina ret
„ erem. Sed antiquis hiſce nominibus novum et hacten
„ inauditum ſignificandi modum attribui.

„ Utinam vobis datum eſſet, ut, ſaltem uno die, ja
„ lumen cœli vidiſſetis! Tunc compellans dicerem: vulti
„ ne ſcire, quid ſit intueri? intuitus eſt imago, V. G. lup
„ At imago lupi nihil intuetur. Ego quidem illam poſſun
„ intueri. Ipſa autem nullomodo videt. Illa eſt objectun
„ intuitûs, non vero ipſe intuitus. Vultisne ſcire, quid ſi
„ conceptus et cogitatio? Utrumque conjunctio eſt variarun
„ materiæ extenſæ partium, unde conflantur imagines. Ver
„ um enimvero conjungere eſt agere, non autem cogitare
„ neque concipere. Quæ quidem actio, cum ignotæ rei
„ nulla cupido ſit, cogitationem et perceptionem præhabitas
„ neceſſario ſupponit, nullatenús autem conſtituit. Cogitatio
„ prior eſt, actio poſterior. Vultis nunc ſcire, quomodo
„ cujuscunque rei cognitio in mentibus oriatur? Nulla poſſi-
„ bilis eſt, juxta me, cognitio, niſi anima tum ſui ipſius,
„ tum rei cognoſcendæ conſcientiam habeat. Quæ quidem
„ conſcientia nunquam nobis, niſi ſub formâ extenſæ et in
„ ſpatio diffuſæ imaginis, innoteſcere poterit. Nam, poſito
„ meo ſyſtemate, nihil niſi per extenſas imagines cognoſci-
„ mus. At vero illud eſt prorſús impoſſibile. Nemo enim
„ ſuam conſcientiam tali formâ inſtructam, talique imagine
„ depictam vidit, nec videre poteſt. Præterea conſcientia,

quæ

quæ cogitationem comitem non habet, nulla eſt. Nullus unquam, ſine eâ, ſenſus, quicunque ille ſit, eſſe poteſt. At vero nulla in animis ſedes cogitationi a me relicta eſt. Ergo neque intuitus, neque conceptus, neque cogitatio, neque ſenſus, neque conſcientia, neque cognitio, nec proinde judicium et ratio in præclaris ſyſtematis mei atriis ſupererunt. Quas quidem immundas ſordes atque ſpurcitias theoreticis criticæ meæ ſcopis foras ejiciam,

„ Ubi primum in ſecreta animarum penetralia introgreſſæ fueritis, tunc explorate et palpando manibus quærite, „ ſi forte in iis unus tantummodo oculus inveniri poſſit. „ Ibi reperietis extenſas imagines, materiam, unde illæ educantur, opificem, qui easdem manibus perficit. Nullus „ autem ſpectator aderit. Nam purum tempus et ſpatium „ profecto non vident, et proinde receptivitas et ſpontaneitas, quarum utrumque forma eſt, pariter non vident. „ Non videt intellectus, cujus forma, ſeu natura cæcum a „ nativitate tempus eſt. Non videt conſcientia, quæ, ſine „ intellectu et ſine imagine ſimiliter cæcâ, ſibi innoteſcere „ non poteſt. Vos demum ipſæ non videtis, quæ ne in re „ quidem minimâ a tempore puro diſcrepatis. Ergo omnia „ cæca ſunt in meo ſyſtemate, atque ideo nihil eſt, cur ali„ orum animæ incolarum dicteria et vituperia metuatis.

„ Ego quidem dixi, vos in quatuor cameris, velut „ moniales, includendas eſſe, atque ibi perpetuo labore in „ condendis hominum judiciis vobis eſſe inſudandum, ver„ um hæc, perinde ac meum integrum ſyſtema, ſunt verba „ et voces, prætereaque nihil. Numquid ego innocuas filias „ ideo genuiſſem, ut eas vel in terris ad graviora, quam „ quæ de inferis memorantur, ſupplicia incaſſum damnari „ patiar? Quare intolerandus iſte labor vobis incumberet, „ cum nullæ ampliùs cogitationes, nullaque proinde judicia „ in meo ſyſtemate futura ſint?

„ Vive

„ Vive molli in otio, venerande virginum ſenatus, „ diu felix. Perpetua frontes ſerenet et rugas explicet la „ Quæcunque agere libuerit, hæc omnia vobis per me li „ Edite, bibite, dormite; nihil prorſus impedio. Di „ noctes integras vel continuandis epulis, vel miscendis „ rulis ſermonibus, vel modulandis ſenili voce cantile „ traducere fas eſt, imo ſi valetis adhuc, ſaltationum c „ eas agere licebit. Interea nolite formidare, nequid ſc „ dali, propter hunc epicureum vivendi modum, extra c „ poreoſpirituale, ubi mox habitabitis, monaſterium oria „ Quamdiu enim intra illius clauſtra manebitis, nemo „ videbit, nemo vos audiet; imo ipſa anima, cui, vel „ ſubjecto, hærebitis, nihil vos omnino ſentiet; ita ut n „ lus mortalium futuram veſtram in animis præſentiam „ habitationem, non dico cognoſcere, ſed ne vel minimu „ quidem ſuſpicari poſſet, niſi hoc myſterii genus ipſe rev „ larem. Ego enim, quod quidem vobis non minus mirum „ quam injucundum fortaſſe videbitur, quodque tamen a „ perficienda mea conſilia conducit, ego, inquam, in ver „ Philoſophico de criticâ rationis libro ſcripturus ſum, nun „ quam futurum eſſe, ut quis vos noſcat, intelligat, definiat, „ imo vel minimum, qui rationi congruere poſſit, ſenſum „ vobis tamdiu affigat, quamdiu intra ſenſûs interni limites „ manebitis, tunc autem ſolummodo fore, ut tandem ali- „ quid non omnino communi ſenſui contrarium ſignificare „ incipiatis, quando, a facultatibus judicandi et ratioci- „ nandi evulſæ, earum formas et rationis ipſius naturam con- „ ſtituere deſinetis. Hæc pars mei ſyſtematis, quæ tamen „ eſt hujus quaſi lapis angularis, cum ſit omnino tum rationi, „ tum ſenſibus impervia, nullius, ut intelligitis, argumenti „ robore fulciri poteſt. Nihil vero intereſt. Mea enim „ authoritas inſtar rationis erit meis diſcipulis.

„ Verum

„ Verum ad vos redeo. Nunc cætera, quæ vobis ventura ſunt, fata referandi tempus eſt. Nolite animo fingere, dilectæ mihi moniales, ſolemnia æternum vivendi in clauſtris vota vobis eſſe proferenda. Ego quidem dixi, vos ſemper in ſenſu interno, velut in ſacro quodam ergaſtulo, eſſe permanſuras. Verumtamen, ſalvâ contradictionis, quæ parvi meâ refert, injuriâ, vobis intus et extra adeſſe ſimul atque eodem tempore licebit. Quotieſcunque enim ...erit, fas erit egredi, et, trajecto quodam ponte, quem ſchematis nomine vocabo, usque ad extremos ſenſibilis mundi fines, id eſt, usque ad externum ſenſum peregrinari poteritis. Hunc ſupra pontem invenietis purum tempus, id eſt, vosmet ipſas. Nam vos nihil eſſe aliud, quam ...um tempus, optime recordamini. Hæc ſpontaneitas ...is, ſeu potius ſe ipſam corripiet, et, cum mutuata fue... a receptivitate duas, quæ vobis deſunt, dimenſiones, nempe latitudinem et profunditatem, illas addet longitudini, quæ temporis puri naturam et proinde veſtram conſtituit. Quibus dimenſionibus in unum affabre junctis, unaquæque veſtrûm abſtractive et generatim exiſtendi modum procul a ſe abjiciet, atque objectivam et ſpecialem ...mam accipiet. Ergo tunc demum vobis aliquid rationi ...gruum ſignificare licebit! Ergo tandem, velo poſito, ...s veſtri pulchritudinem omnibus mortalibus oſtentare poteritis! Vultis ſcire, o filiæ; quot formas tunc habi... ſitis? cunctas, mehercule, cunctas, ne unâ quidem ...ceptâ, induetis. Scilicet complebitur et conſtituetur a vobis univerſa mundi ſenſibilis integritas. Nihil in eo ...orſus erit, quod non jure ad unam vel ad plures ex vobis ...mul pertineat, et cujus natura in veſtram non abeat. Quas quidem ſingulas et omnes exiſtendi formas continent ...quentes verſiculi, quos, ut opinor, cum per tot ſæcula ...terfueritis Philoſophiæ ſcholis, longe melius quam ego, ...telligere debetis:

Arbor

Arbor ſex cervos umbrâ refrigerat uſtos.
Ruri cras ſtabo, ſed tunicatus ero.

„ Quapropter omnibus mature perpenſis, ego ſi-
„ timo, illa judicii et ratiocinii ſacraria, in quibus o
„ otioſæ maneretis, nullatenûs vobis eſſe adeunda. Tu
„ perientia ſenſûs externi ſola ſupererit, atque ita ſce
„ mus familiaris mei Humii, qui, utpote vir litteratiſſi
„ non tanti categorias, quanti ego, facit, uberrimas
„ tes proferet. Nam uterque fatemur, de omnibus
„ dubitandum, ſi cuncta, quæ noſcere videmur. ad
„ externos referantnr. Interea tamen vos intus adeſſe
„ categorica perpetuo labore a vobis condi judicia pleni
„ cibus clamabo, et præcipiam omnibus meis diſcipul
„ idem ſedulo ubique prædicent. Sed præcavete vobis,
„ Vos eſtis generis fœminini. Veſtram garrulitatem ti
„ Silete, quæſo, ſilete. Si doctores noſtri Philoſophi
„ cipia mea bonâ fide amplectantur, tunc, riſus inextin
„ biles, ſicut Homeri numina, ſimul miſcebimus.

Hic eſt, Domini Kantiani, longior fortaſſe, ſed ta
pleriſque lectoribus maxime utilis ſermo, quem cum
decim Minervis nuper e ſuo cerebro procreatis habuit,
non habuit Kantius. Quot et quam immortales gratias a
debemus, quod præſtantiſſimus ille Philoſophus omnia
tianæ rationis myſteria revelare nobis ipſe voluerit! At
quæ pater filiabus ſuis privatim dicere potuit, et quæ
quaſi in foribus explorantes audivimus, hæc obliviſca
Talibus enim arcanis extra paternæ domûs parietes non
egredi. Satius eſt in ea, quæ palam ille profitetur, oc
noſtros convertere.

Ergo conſtat apud vos, Domini Kantiani, categ
Ariſtotelis vere mentibus veſtris inſidere, atque ita facultat
veſtris judicandi et ratiocinandi inhærere, ut harum for
et naturam ipſæ conſtituant. O, quantus ingenii fœt
Quod

Digitized by Google

uodnam eloquentiæ flumen ſat uberantibus præconiorum uctibus egregii viri, qui primus hæc mira invenit, non dicimus caput, ſed ſapientiam irrigare poteſt? Ut hæc optime inventa! Ut philoſophicé, ut profundé excogitata ſunt! Ut plaudentes manibus deberemus, ſicut mos eſt Italis, conclamare: *bene trovato!* Quis ex omnibus, quos antea parturiit Germania, philoſophis palmam ingenii Kantio eripere poteſt?

Ergo decretum et ratum eſt, vos eſſe categorias, quæ iri nullo modo poſſunt, et quæ ne minimum quidem rani conſonum ſenſum præ ſe ferunt! Tantis hoſpitibus, ut olim genio ſuo Socrates, inſtructi, ut belle cogitare! et pulchriús adhuc in cathedris veſtris docere debetis!

Ergo, ſaltem ſub hoc reſpectu, non minus, quam ra veſtras receptivitates et ſpontaneitates, exiſtitis in genere atque in abſtracto! Proh ſingularem exiſtendi modum!

Nos quidem ſingularia, plurativa et univerſalia judicia a nobis inſtitui ſentiebamus. At vero, ante præclara Philoſophiæ veſtræ exordia nunquam potuiſſemus nobis animo fingere, unitatem, pluralitatem et univerſalitatem generatim ſumptas ſic vobis inhærere, ut illæ partem naturæ veſtræ conſtituant. Ergo vos eſtis non ſolum unitas et pluralitas, ſed etiam univerſalitas! Quis tam mira de vobis unquam judicaſſet, niſi mentis noſtræ tenebras Kantius tandem depuliſſet?

Nihil obſtante hâc præclarâ univerſalitate, quæ nobis minime, vobis autem omnino propria eſt, optime noveramus, vos, etſi non multùm, tamen tantillum eſſe limitatos. Sciebamus præterea, multa a vobis negari, multa etiam nova affirmari. Vos autem ipſos ex naturâ veſtrâ limitationes, negationes, affirmationes eſſe, hoc ſane nos penitus latebat.

Si categoriæ nihil omnino ſunt, illæ formas facultatum veſtrarum judicandi et ratiocinandi conſtituere nequeunt, quia

nihil-

nihilum nullius rei forma eſſe poteſt. Si autem illæ ſun quid, et reverâ animis veſtris, velut ſubjectis, inhæren denique facultatum veſtrarum formas et proinde natu conſtituunt, ergo vos eſtis utraque categoria univerſ tis et limitationis. Ergo vos eſtis entia contradictoria.

Unde pretiotiſſima hæc arcana vobis comparare pc tis? Scilicet e theoreticâ rationis Criticâ. Quibus aute fodinis præſtantiſſimus hujusce libri author tot gazas ha potuit? é capite ſuo. O pulchrum ſimul et ditiſſimum put! Quantam cerebri copiam continet! Verum o tu b et nimium felix Germania, quæ, cum jam antea typo phicæ artis et martii pulveris inventores parturieris, tanc omnium Philoſophorum clariſſimum genuiſti! Si omni inſanis, quos ubique terrarum publicæ incluſos tenent cu diæ, generalia comitia, et magnos, ut ajunt, dies ſu celebrare liceret, haud ſcimus profecto, an illi, licet unum congregati et collecti, in tot et tantas ſtultitias p rumperent. Quibus in confutandis næniis laborem ing rium puderet nos male conſumere, niſi miſericordia er pereuntes juvenes moveret animos, et immenſo abſurdi tum oceano procreatam nauſeam ſuperaret.

Hæc iſta eſt ergo philoſophia, quam humanæ ratio portentum eſſe prædicabant, quamque nemo quibusdam urbibus ne voce quidem palam impetere audebat, quin bito velut pretium officii, aſinariam, ut ajunt, notam portaret! Vix tamen eam cenſuræ virgâ tetigimus, cum i jam in fumos abiit.

Priusquam autem laboribus noſtris finem imponam operæ pretium eſt inquirere cauſas, cur tot é noſtris Phi ſophis hos abſurdiſſimos et periculoſiſſimos errores, non lum privatis colloquiis, favore et patrocinio, ſed etiam pu licis documentis aut ſcriptis per Germaniam diffundere a ſint. Nunquid illi omnes animadverterant pericula et abſu ditates,

Digitized by Google

ces, quæ paſſim ex hoc ſyſtemate oriuntur? Minime pro-o. Quid ergo? An omnes Kantiani ignari vel ſtulti ſunt? quaquam. Multi enim eorum magnis ingenii dotibus ellunt. Quis neſcit, quantum cogitantis audacter ſcrip-is celebritas, novas opiniones tuendi prurigo, gloriam in-ito cogitandi et docendi modo ſibi comparandi cupiditas, um plauſus et incitamenta, ſodalium nonnullorum autho-, exempla, hortamenta, imo fortaſſe ludibria et clande-æ perſecutiones apud pleroſque homines valeant, et ntes cæteroquin eruditas optimoque judicio præditas ob-bilent? Quot juniores magiſtri talibus incitamentis impulſi, publicis rumoribus decepti, ſibi ſomniarunt, Kantium eſſe ſtantiſſimum totius Germaniæ philoſophum, cujus opera ſolum ſunt obſcura, quia altiſſimé excogitata ſunt? Illi is ſuæ gloriæ futurum eſſe crediderunt, ſi tam magni tam e celebris viri principia ſolummodo mente aſſequi valerent, rum de cætero curantes, et quaſi pro nihilo ducentes ple-na periculis et abſurditatibus conſectaria, quæ ex iſtis prin-cipiis, tanquam e naturali fonte derivabantur, quia videlicet as conſequentias non ad ipſa principia, ſed ad ſublimitatem ſyſtematis et ad rationis ſuæ anguſtias referebant. Quaprop-ter maluerunt cum Kantio, quem ſecum ſentire, et præcla-ius ſibi eſſe judicarunt tam laudati ducis vexilla, quam tutio-reclamantis rationis veſtigia ſequi. Unde quaſi inſciis ac-cidit, ut, veterum inſtar Peripateticorum, in verba magiſtri juraverint.

Hoc inſuper adde, quod illis falſo narratum eſt, nempe omnes Angliæ Philoſophos jamdudum in id conveniſſe, ut Lokianam de origine idearum opinionem tuerentur. Cujus celeberrimæ et doctiſſimæ gentis authoritas multos e recentioribus noſtris profeſſoribus non mediocriter commovit. Præterea neque argumenta, quæ ad probandam Dei exiſtentiam ex ideâ entis infiniti proferuntur, neque vulgaræ

 circa

Digitized by Google

circa idearum originem opiniones ſat illorum animis arr
bant, quia ſcilicet utraque per ſtudiorum curriculum vel
mis obiter, vel obſcurius propoſita fuerant. His omn
de cauſis adducti lokianum ſyſtema nullo vel modico
tum examine præhabito, velut certiſſimum et indubitat
amplexi ſunt. Cum autem illi ingenio et doctrinâ polle
cunctas ex eodem ſyſtemate, quaſi ſponte ſuâ, Pyrroni
fœditates dimanare facile intellexerunt. Quas cum vitar
præcipua, quibus Religio et ſocietas nituntur, principia
tinere et ſervare vellent, nihil ſibi magis conſultum atc
opportunum ſupereſſe crediderunt, quam ſi Lokiano ſy
mati Kantianum adderent, aliudque alio temperarent. S
licet illis Kantius objectivam et ex ipſis rationis viſceribus e
promptam certitudinem atque evidentiam promittebat. Qu
modo facile ſuſpicari potuiſſent, ex his promiſſis quaſi jurej
rando firmatis naſciturum eſſe Scepticiſmum pejorem et al
ſurdiorem eo ipſo, quem Kantius refellere videbatur? Ha
enim pars ſyſtematis, quæ præ cæteris obſcura eſt et ænigm
tica, non modo non confutari, ſed nec intelligi poteſt, ni
quis primo omnia Kantii principia in unum ſimul *colligat*
ſingula deinde attentis oculis inſpiciat, aliaque demum ali
invicem collata in accurratâ recti et firmi judicii lance ponde
ret. At vero non datur omnibus, licet aliunde peracutis
ingeniis ænigmata ſolvere, quamvis illa nec a ſphynge pro
ponantur, nec alium Oedipum poſtulent.

Kantianæ philoſophiæ doctores recte et, ut opinamu
non ſine dolore animadverterunt, poſitis Kantii principiis
impoſſibile fieri, ut quis hujus orbis initium et ſupremi nu
minis exiſtentiam, tum ex ordine mundi, tum ex ideâ in
finiti, tum ex aliis hucusque adhibitis argumentis demonſtra
re valeat. At vero hæc eadem ſequi e Lokiano ſyſtemate
quo nullum aliud certius eſſe videbatur, jure ac merito judi
carunt. Quapropter, cum ſe in talibus rerum anguſtiis *po-*

ſitos

is viderent, hoc ſaltem fuit ipſis Solatium, quod pollice-
tur Kantius, fore, ut primariæ iſtæ et maximi momenti
ritates tunc uberiores et ſalubriores fructus ederent, cum
macilentis et nimium diu incaſſum aratis Metaphyſicæ agris
pinguiſſima diſciplinæ morum novalia translatæ colerentur.
terea vix illis dubitare licuit, quin animæ, juxta Kantii
bricam compactæ, eandem, ac ipſamet materia, naturam
tiantur. Attamen eas, pereunte corpore, ſimul peritu-
eſſe non ideo concluſerunt, tum quia Deus per totius
ernitatis tempora non minus res extenſas, quam ſimplices
nſervare poteſt, tum potiſſimum quia immortalitatem et
bertatem animarum non minùs, ac ſupremi numinis exi-
ſtentiam lege naturali demonſtrari poſſe crediderunt. Ve-
rum illi nec ea, quæ de Metaphyſicâ didicerant, in unum
doctrinæ corpus collegiſſe, nec feriis et profundis meditatio-
nibus usque ad altiſſimæ Metaphyſicæ principia aſcendiſſe vi-
dentur. Quod ſane junioribus magiſtris, etſi ingenio et do-
ctrinâ conſpicuis, facile condonari poteſt, quodque tamen
erat prorſùs neceſſarium, ut cunctas a Lokio, Humio et Kan-
tio allatas difficultates ſolverent. Abſit ergo, ut eos vel inge-
nii dotibus caruiſſe, vel quidquam perverſi contra Religionem
et ſocietatem moliri voluiſſe credamus. Si quid peccaverunt,
in hoc uno culpa ſita eſt, quod, cum plurimi eorum rectiori
et firmiori, quam Kantius, judicio polleant, ipſi tamen exi-
guum iſtum philoſophum, quam rationem propriam ducem
ſequi maluerint, nec famam doctrinæ ab ipſâ doctrinâ ſatis
diſcreverint.

At vero nunc, Domini Kantiani, quis ex vobis peſſi-
ma hæc principia amplius docere aut promovere volet? Jam
neminem penes erit rationis larvam vultu prætendere, ſpe-
cioſisque doctarum et ambiguarum vocum involucris pericu-
loſi et abſurdi ſyſtematis fœditatem obtegere. Nunc omnia
vela reſciſſa ſunt. Nunc unusquisque tyro prima Philoſophiæ

limi-

Digitized by Google

limina ſalutans, vix noſtras legerit epiſtolas, quas ille [...] fecto faciliùs, quam priſtina veſtra documenta, intellecti eſt, cum ſtatim lectiones Kantiani cujuslibet Profeſſoris et cachinnis excipiet. Nunc ille, quoties tum puri ſpati temporis, tum receptivitatis et ſpontaneitatis, tum catego rum nomina auribus inſonabunt, involuntariâ ridendi pru gine tenebitur. Veſtra enim philoſophia, ſacris falſoru numinum ſimilis, exiſtimationem juvenum ſibi tamdiu co ciliavit, quamdiu ſub umbrâ myſterii delituit. Nunc autem cum res, ut opinamur, clarâ in luce pateat, contemptus miſeratio priſtinæ reverentiæ vices excipient. Jocoſa ſerii dicteria et cavillationes philoſophicis argumentis ideo miſcu mus, ut corpus doctrinæ, quam odimus, quamque odiſſ debemus, non ſolum multiplici vulnere per omnia membra confoderetur, ſed etiam ut ipſi Doctores aliique propagato res non minus publicæ irriſionis metu, quam cauſâ officii ab his diſſeminandis principiis tandem deterrerentur.

Mementote proverbii: *errare humanum eſt, perſeverare autem Diabolicum.* Nos quidem intelligimus, quomodo juvenis quidam inſtitutor, tum novitate, tum exemplo, tum fallacibus obſcuræ philoſophiæ inſidiis deceptus fuerit. At vero nunc illam nullus, niſi manifeſtum in crimen incurrat, profiteri poteſt. Loquimur eâ fiduciâ, quæ ſcriptores decet, qui religionis et ſocietatis cauſam ſuſcipere auſi, omnibus veritatis et evidentiæ viribus ſe, quaſi vallatos et munitos eſſe ſentiunt.

Quid vos igitur deinceps acturi eſtis? Plerique veſtrûm (quare non dicimus omnes?) decepti potius quam deceptores, chriſtianam fidem hactenus illibatam ſervaverunt. Quibus ſi hic liber finem nobis intentum attigiſſe videatur, illi profecto maxime gaudebunt, quod noſtro labore contigerit, ut ad priſtina documenta, unde multi non tam propriâ, quam alienâ voluntate impulſi deſciverant, nunc

demum

um ſine ullo periculi metu redire liceat, et cuilibet con-
a ſuadenti libere et audacter reſpondebunt, ſe velle nec
tos, nec improbos haberi. Si vero propoſiti tenacio-
nonnulli ab inceptis deſiſtere nolint, quid illi acturi
?

Dicentne Kantianæ Philoſophiæ principia nullo modo
obis intellecta fuiſſe? Nihil autem tali ſermone probarent
d, niſi eam, quam ipſi docent vel tuentur, diſciplinam
prorſus ignotam eſſe.

An librum hunc refellere tentabunt? Hoc autem, ut
bis videtur, difficile admodum eſt. Probent ergo illi, ſi
ri poteſt, hoc ſyſtema tum neque revelatæ, tum naturalis ip-
us Religionis fundamenta evertere, neque ex eodem Materi-
ſmum, Pyrronismum, Atheiſmum exſurgere. Probent
le ſyſtema non unam eſſe e ſtultiſſimis abſurditatibus, quæ
d hodiernum usque diem in philoſophico orbe prodierint.
ggrediantur hoc opus, ſi libeat, quod vires ipſius Demos-
tenis, licet ille fuerit orator totius Græciæ eloquentiſſimus,
ſuperare pro certo habemus.

An ſimiles Kantio, qui, dum Humium debellare velle
idebatur, illius partes reverâ ſecutus eſt, illi quoque ſimula-
bunt, ſe odiſſe atque refellere doctrinam, cujus præcipua tamen
rincipia retinebunt? Hoc autem turpe mendacii genus, quod
e quidem in Kantio fuiſſe voluntarium affirmare vellemus,
nullo modo cadit in publicos morum et ſapientiæ præcep-
tores, et prorſus impoſſibile nobis eſſe videtur. Quod ſi
tamen ab uno aut altero tentaretur, illud fruſtra et incaſſum
eſſet. Hæc enim belli fraus ventura foret tardiús, quam, ut
vel minime in poſterum noceret.

An igitur, rejecto procul Kantii ſyſtemate Lokianum
duntaxat propugnare cupient? Verum hoc ſyſtema in prius
omnio recidit. Si enim, exceptis ſenſibus, nullus eſt fons
alius, unde noſtræ cognitiones hauriuntur, tunc eadem
per

per manent pericula. Nam, ſive dicant nihil nobis, p meras et omni re vacuas apparentias innoteſcere, ſive or quæ nobis nota ſunt, *ουτωσ οντα*, id eſt, entia realiter tentia eſſe tandem fateantur, ſive corpora per ſe vel per agines, quæ vere et realiter extra nos exiſtunt, videri ment, nihil tamen eorum mentibus, præter extenſion occurret, et ex illâ extenſione nunquam ea, quæ ſunt i tenſa, educere poterunt, V. G. Deum, ſimplicitatem et ertatem animæ, diſciplinam moralem, prima principia, verbo, quodlibet ſcientiæ genus. Contra autem ſemper de omnia late vaſtantis Scepticiſimi lues enaſcetur. Pr enim principia, ſine quibus nihil certi cognoſci poteſt, libi profecto, præterquam in ſubſtantiâ entis infinite perf inveniuntur, nec etiam in rebus externis et ſenſibilibus, in noſtris animis conſiſtere poſſunt.

Illi ne tandem affirmare volent experientiam unum e fontem, unde cognitiones humanæ profluant? Hoc illis fa et ſine ullâ controverſiâ licet. Verum neceſſé eſt, ut duplice experientiam a Kantianâ maximé diſtantem admittant, una ſcilicet externam et poſitam in rebus, qus velæunt extenſ vel ad extenſionem referuntur, et ope quinque ſenſuum velut cauſarum mere occaſionalium, ab animâ cognoſcu tur, alteram autem, quâ ſenſus intimus admonet, a nobis v ſentiri, vel percipi ea, quæ cum extenſis rebus nihil commun habent, V. G. primorum principiorum evidentiam, ent infiniti ideam et animarum noſtrarum libertatem. Hæc alia ſimila totidem facla ſunt, quæ ad internam experient am pertinent, et quorum exiſtentiam in dubium revocar nemo ſanus poteſt. Ante quam nobis conſtet, prima princ pia eſſe evidentia et infallibilia veritatis criteria, non neceſſ eſt, ut jam cognoſcamus, ea nullibi, quam in ſubſtantiâ enti infinite perfecti poſſe conſiſtere. Hæc enim per ſe patent, nihilque datur eis ulterius. Verum ubi primum nobis in-

no-

ſcunt, tunc iisdem ducibus, usque ad ipſorum ſedis tiam, nempe ad ens infinite perfectum et ad omnes alias mias pervenire poſſumus. In quo graviſſime erraverunt nius et Kantius, qui ad probandam primorum princip-m evidentiam aliquid ipſis principiis evidentius poſtula rant.

Ergo, inquient Kantiani, Philoſophiam illam, quæ per annos in omnibus Europæ ſcholis viguit, quam ipſi nos a didicimus, quamque deinde tot dicteriis confoſſam at-e deriſam habuimus, nunc profiteri tenebimur! Quare n? De philoſophicis etenim opinionibus, quæ apud pler-que gentes Europæ circiter abhinc centum annis in publicis olis propugnantur, idem dicendum eſt, quod de ſenibus, orum maxima pars juventutem non ſolum ætate ſed etiam, pientiâ ſuperat. Ergone exiſtimaviſtis, eos, quos noſtræ atis ſenes in primâ ſuâ juventute viderunt et jam grandæ-os cognoverunt, ſemiferos homines fuiſſe et nuper e ſylvis greſſos? An Leibnitzium, Copernicum, Kircherum, Ke-lerum inter barbaros recenſetis? Nonne eſt plane luctuoſum! omnes artes et diſciplinas (ſi Matheſis tamen, Phyſica ex-perimentalis et Mechanica excipiantur) paucis abhinc annis magis ac magis indies deflореſcere? Quot et quanta damna paſſæ ſunt, V. G. Metaphyſica, Moralis, Theologia, Elo-quentia, Poeſis, Hiſtoria, Critica, doctarum linguarum ſtu-dium et generatim, quam vocant, Eruditio! An vos latere poteſt, barbariem, niſi novorum Philoſophorum documenta ævi procul arceantur, Europæ toti jam imminere? Illud pro certo habetote, nullam breviorem eſſe viam, quâ ad priſtinam feritatem atque ignorantiam Germania reducatur, quam ſi accidat, ut Kantiana Philoſophia paſſim in ſcholis admittatur.

Siquid tamen in priſtinis Philoſophiæ diſciplinis mutare libeat, hoc ſane licitum eſt. Imo valde ſuademus, ut hoc reverâ agatis. Quemadmodum enim ſtultum eſt et pericu-

loſum

loſum documenta majorum in plerisque deſerere, ita minus eſſet ridiculum, ſi falſas vel ſupervacaneas opin quæ forte adhuc in eis occurrunt, ſuperſtitios o quaſi cul vare vellemus. Aratos a patribus agros diligenter qu colite, ſed eosdem vepribus purgatos, meliores et pingu efficite. Refellite potiſſimúm Lokii, Humii et Kantii err Probate ſupremi numinis exiſtentiam, ejus infinitas nu et gradu perfectiones, ſimplicitatem, libertatem et imn talitatem animarum. Ex uno et evidenti principio le naturalem totam eruite, atque has omnes primarias veri tot et tam firmis argumentis roborate, ut eas in dubium vocare per totam vitam alumni veſtri nequeant. Quibus nibus ſi addere volueritis, ſicuti mos eſt plurimis Philoſop Profeſſoribus, certitudinem factorum humanorum in gen et in particulari factorum evangelicorum, tunc ſcholæ ve brevi veneranda ſcientiarum, virtutum, morum et chriſtia fidei ſeminaria evadent. (a) Sed ut poſſitis optandum hu finem aſſequi, vitanda ſedulo vobis ſunt tum argumenta obſcura, vel nimis levia, quæ nullius fere momenti ſunt, tu objectiones, quæ ſubtilibus et vanis verborum luſibus tantu modo nituntur.

Ve-

(a) optandum, imo hiſce temporibus neceſſarium prorſus eſſe videtur, ut in om Germaniæ univerſitates et alias ſtudioſæ juventutis ſcholas profundus ſimul et cl iſſimus liber admittatur, qui varia et præcipua, quibus Chriſtianæ Religionis veri nititur, argumenta contineat, quem unusquisque alumnus ſecum habere teneat quique ſemel vel bis ſingulis hebdomadibus, coram omnibus diſcipulis in un collectis ab eloquenti et docto oratore explicetur. Neceſſarium pariter eſt, ut h eadem argumenta altius adhuc et fuſius in omnibus Theologiæ ſcholis evolvant Sic obviam bimus formidoloſis hodiernæ impietatis progreſſibus, cujus, ut *viti* pater, ſic ignorantia, aut (quod quidem pejus eſt. Semiſcientia mater eſt fieri enim n poteſt, ut momenta, quæ plerasque gentes ad Chriſtum olim converterunt, nulla vim perſuadendis hominibus in ſe habuerint, vel illam penitus amiſerint. Sic etia Principum noſtrorum ſolia, quæ chriſtiana Religio, novis Philoſophis ipſis faten bus, ſtabilivit, et quorum ruinam nunc incredulitas meditari et undique mol videtur, priſtinis ſuis fundamentis firmius innixa conſiſtent.

Quare illud moris, quod in quibusdam univerſitatibus olim invaluit, ap nos ubique non uſurpatur? Quare unusquisque Profeſſor unum juventutis *moribu* et neceſſitatibus accommodatum ſcripturæ ſacræ verſiculum, bis quâlibet die, pe quis-

Veſtris documentiſ intendite potiſſimum atque efficite,
iſerum ætatis noſtræ novitatum virus animis diſcipulor-
ſtrorum obrepat, bonosque mores in eis et fidem avi-
rrumpat. Dicite illis, et certe vera dicetis, pleraſque
ltates, quas hodiérna impiétas adverſus ſanctiſſimam nos-
eligionis veritatem agglomerat, quamvis forſan eis gra-
æ videantur, non minus tamen futiles eſſe et ſtolidas,
Phoſophiam Kantii, quæ ipſis antea certiſſima viſa fuit
s deliria nunc manifeſtâ luce conſpiciunt. Suadere illas
ximâ diligentiâ ſtudio incumbant, quia, multa de re-
hiloſophis callire ſaluberrimum, ſic pauca de eias edi-
e periculoſiſſimum eſt. Nam, ut ait celeberrimus Can-
ius Baco, levis guſtus philoſophiæ a Religione abducit,
us autem hauſtus ad eam reducit.

---

nque vel ſex minuta, non explicat? Numquid optima hæc conſuetudo per totum
iorum curriculum ſervata ad informandos juveniles animos nihil proficeret? Quo-
que tandem mores et pietas ab inſtitutione publicâ pœna exulabunt?

Ingenuæ artes et diſciplinæ Gallias atque Italiam deſerere incipiunt, nec ad
s regiones ubi tamdiu floruerunt, tam cito redituræ eſſe, videntur. Volumus ne
s ad nos evocare, atque eas impellere ut præcipuam imperii ſui ſedem in Ger-
niâ collocent? Ad illud aſſequendum, non tam neceſſe eſt, ut nova docendi me-
odus quæratur, quam ut Litterarum ſtudio juventus noſtra diligentiſſime incum-
t, eamque ex aſſiduo labore conſuetudinem laboris hauriat, quæ, creſcentibus
s, in alteram quaſi naturam tranſeat. Hoc ſane, inquient, verum eſt. Sed quo-
odo ea res, quæ tanti momenti eſt, perfici poterit? Ne patiamur amplius, ut an-
aut poſt ſcholarum horas, juventuti noſtræ per vias et compita vagari liceat.
gantur collegia, vel parva ſeminaria, ubi omnes, vel plerique ſcholaſtici, qui
ex agris, ſtudiorum cauſâ, in civitates recipiunt, ſub vigilantibus unius præ-
ti et magiſtrorum oculis, extra ſcholarum publicarum tempus, ſtudeant, et
to modicæ penſionis pretio, nutriantur, diuque et noctu habitent. Maxima
s ædificiorum, quæ ſcholis pnblicis deſtinantur, ſatis ſpatioſa eſt, ut hos no-
os incolas tectis excipiat. Quibus in domibus eadem, quæ viget in magnis Ca-
holicorum ſeminariis, diſciplina ſervetur. Nec formidanda eſt moles impenſarum,
quæ quidem ex penſionum lucro, licet exiguo, fere omnes perſolventur. Nec ve-
ro negligendi ſunt tum extranei, tum urbani, qui, utpote pauperiores, victum
ſuum in Collegio ſolvere nequibunt, vel quos parentes domi retinere volent. His
quoque paremus aſyla, ubi ſub cuſtodiâ præpoſitorum ſibi magiſtrorum, extra
ſcholarum, comeſſationum et noctis tempora, ſtudiis incumbant. Sic ingenuæ
artes et ſcientiæ renovatæ et reſtauratæ ſunt olim Pariſiis, ubi mos idem, qui
apud nos, antea vigebat. Hâc ſolâ ratione laudem ſibi in republicâ litterarum
Galli compararunt.

Nolite autem arbitrari, turpe atque indecorum eſſ giſtro errores, quos ipſe docuit, palam refellere. A leberrimus et notiſſimus apud nos Telemachi author *de fenelon* cameracenſis Archiepiſcopus tunc laudem ſibi comparatam maculavit, quando ſacrum cathedrali Eccleſiæ pulpitum conſcendens, librum ſuum, cui t eſt: *Maximes de ſaints*, nuper, a Romano Pontifice natum ipſe etiam damnavit, et mandato typis edito om Diœceſanis ſuis præcipere auſus eſt, ut prædictum li flammis comburerent? Certe nunquam ille major f quam illâ die. viſus eſt. Tunc admirationem et revere totius Europæ tali et tantâ animi magnitudine jure ac m in ſe concitavit, et omnes gloriæ ſuæ invidentes pudore fudit. Semidoctus, qui anguſto ingenio et anguſtiori virtute præditus eſt, multum ſibi reformidat dicere: e Vir autem egregius, non modo ſuos errores confiteri, etiam confutare ſemper paratus eſt. Utri ſimiles eſſe vu An cuiquam veſtrûm exſpectare libet, donec ineceſſariu turpe ſilentium tandem ſibi imponatur? Nolite enim animo fingere, fore, ut Principes atque Magiſtratus exe dum Materialismi, Pyrronismi et Atheismi ſyſtema in l lis publicis, longo adhuc tempore, juventutem ſuam d patiantur. Quos quidem periculoſiſſimos errores om authoritatis ſuæ fulminibus ſtatim confodient, quando ſatis recognitos atque compertos habebunt. Quinimo peritiſſimis politicis, qui ex rebus præteritis et præſentibu tura; conjiciunt, fides adhibenda ſit tempus brevi a niet, et fortaſſe multo maturius, quam quis crediderit, turum eſt, cum omnes ſupremi tum ſacræ, tum pu rei adminiſtratores in unum coibunt, ut impietatis et vit tiûs indi es graſſantûm furores compeſcant, atque vulneri quæ tot religioni et bonis moribus inflicta ſunt, tandem deantur. Cuncta enim ſocietatis compages nunc in pe

l

ſatur. Quod ſi de veſtris alumnis bene mereri ſtu-
. ſuadete illis, ut ſibi mature præcaveant, ne, cum
ulitatis aut vitii famam adepti fuiſſent, ſe ipſos procul
rcendis publicis muneribus fortaſſe arcerent. Fauſtiſſi-
ſimul et celerrimum vobis, Domini cujuscunque ordi-
antiani, ad veræ Philoſophiæ caſtra reditum peroptamus.

Valete.

M. P. L. P. T. P. C. C. Unus ex academiâ ſcien-
m, litterarum et artium * Parochorum Secretarius.

naginem ipſorum ad nihilum rediges. Pſalm. 72.

Finis.

Digitized by Google

Errata.

P. 5.	dedepromſerunt	— lege —	depromſerunt
P. 7.	œuo corretur	— — —	cœno orietur.
P. 8.	fæcundis	— — —	foecundis.
P. 9.	fingilis	— — —	fingitis.
P. 12.	ſeriptæ	— — — —	ſcriptæ.
P. 14.	philoſophi	— — —	philoſopho.
P. 24.	ſint	— — — —	ſunt.
P. 28.	adeſſo	— — — —	adeſſe.
P. 30.	fides	— — — —	fidem.
P. 31.	Libentes	— — — —	libenter.
P. 39.	Huminum	— — — —	Humium.
P. 41.	tuminis	— — — —	numinis.
P. 68.	decentis	— — — —	ducentis.
P. 71.	orginem	— — — —	originem.
P. 72.	quod	— — — —	quot.
P. 74.	opiſeex	— — — —	opifex.
P. 76.	quam	— — — —	quem.
P. 92.	omnio	— — — —	omnino.
P. 102.	blaſpemi	— — — —	blaſphemi.
P. 104.	regis	— — — —	legis.
P. 104.	trigenta	— — — —	triginta.
P. 199.	hauriit	— — — —	haurit.

Digitized by Google